



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Osee Prophetam Commentariorvm Liber
Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENT· RVPER· ABBA· LIB· I·

Babylonis transmigratiōe, & præterea nōnulla etiā minora, quæ literis eorū legimus infer-
 ra. Cū igitur cito euenisset captiuitas siue transmigratio illa, sicut p̄ illos ueritas prophetica
 prædixerat, palā constitit, quod ueraciter fuissent locuti in nomine dñi, & quod dñs misisset
 eos, atq; ita cōpleta prophetiæ pars, illud quoq; quod reliquū uel maximū erat de pro-
 missione uel aduentu Messie, uerū fore conuincebat. Hoc animaduerso, nōnihil iuari ar-
 bitror lectorem, mysteriū regni dei uel aduentus Christi filij dei in sanctis prophetis quere-
 tem, ut nō miretur aut offendatur, dū in sacris eorū literis, modo captiuitatis siue trāsmigra-
 tionis iam dictæ cōminationē, modo repente libertatis æterne & dñici aduentus significari
 audit p̄missionē. Illud de propinquo, hoc aut uaticiniū sentiēs de longinquo, & tā prope
 coniūgi in litera quæ tam longe distūcta sunt per tempora, Exempli gr̄a, Cum dixisset hic
 idem propheta. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, ululate in Bathauen, post ter-
 gum tuū Beniamin, Ephraim in desolationē erit in die correptionis, in tribubus Israhel os-
 tendi fidē. Quibus utiq; imminētem declamat decē tribuum captiuitatē, repente postmo-
 dū infert illud, quod sine dubio ad inuisibilis animarū nostrarū captiuitatis spectat solutionē
 ita in persona saluatoris nostri dicens. In tribulatione sua mane confluent ad me. Venite
 & reuertamur ad dñm, quia ipse ccepit & sanabit nos, percutiet & cōrabit nos, uiuificabit
 nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, sciemus, seque-
 murq; ut cognoscamus dñm, &c. Sed nos plura, quæ hinc dici possent, in suum locum disse-
 rentes, iam nunc prophetiæ seriem ingrediamur.

Infra. 5

Infra. 6

RVPERTI ABBATIS
 TVITIENSIS IN OSEE PROPHETAM
 COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

Verbum
 domini.



Verbum Domini quod factum est ad Osee, filium Beberi. I

Vt simus attenti, scriptura hæc in exordio sui uocatur uerbum dñi.
 Verbum dñi (ait beatus Hieronymus) quod in principio erat apud
 deū, & deus erat uerbū, factū est ad Osee filiū Beberi. Nec uero re-
 pugnat ei quod ecclesiastica firmiter tenet regula fidei, uerbū quod
 in principio erat apud deū, non factū, sed natū, non creatū esse, sed
 genitū. Nā ad homines quidē factū est hoc uerbū, non aut factum
 est ad deū, sed erat in principio apud deū. Etenim hominibus quidē
 accidentaliter ex tempore accessit, apud deū autem nunquā non fuit. Veruntamen ubi-
 cūq; in sacris legimus scripturis, ad illū uel ad illum factū esse uerbū domini, magnā sonat bea-
 titudinem hominis, quā & in Dauid ueritas ipsa cōmendat, cū dicit. Beatus homo quem tu
 erudieris dñe, & de lege tua docueris eū. Suauiter nāq; & magna cū deliciarū multitudine,
 summā sapiētiam cito discit ille, ad quē fit uerbū dñi: quia uidelicet hoc uerbū lux uera est,
 quæ illuminat omnē hominē ueniētem in hūc mūdū, & dū insulget humanæ mēti, repēte
 illuminat, repēte docet, neq; in incertū aurē cordis audiētis adducit, sed ita certū reddit, ita
 qd uidet pro cōstātū habet, ut nō dubitet dicere, quia uerbū factū est: factū (inquā) quia certissimū
 me futurū est, immutabiliter adimplēdū est, & impossibile est, quin fiat quod futurū esse de-
 nūciat. Beatus ergo ille homo est, & de sua multū potest beatitudine in dño gloriari, quia non
 ab homine, neq; per hoiem accepit illud, sed per reuelationē spūs sancti. ¶ Super hac erudi-
 tionis prærogatiua soli possunt apostoli & prophetæ in dño gloriari, quia uidelicet taliter
 sunt eruditi, nō ab hoiē (ut iā dictū est) neq; p̄ hoiem, sed per magisteriū spūs sancti. Ecce
 quæcūq; illi scripserūt, ita sunt rata, tāq; firmū habēt fundamētū ueritatis, ut de ullo ipso-
 dicto dubitare nephariū sit. Sane modū, q̄ sunt eruditi, siue momētū aut uelocitatē doctoris
 eorū nemo unq; satis agnouit, nisi q̄ experiri meruit. ¶ Sciēdū p̄terea quod ubiq; in sanctis
 prophetis dictio hæc, qua dicitur, factū est uerbū dñi, ad promissiōes respicit, q̄ nūc imple-
 tæ sunt, uerbi incarnati. Et ob huius intētiōis excellētā, nō tātū uidētes aut filij prophetarū
 sed pro-

Psalm. 93

Galat. 1.

Differentia.

sed prophetæ merentur nūcupari, quia uidelicet uidētes aut filij prophetæ potuerūt etiā pro minoribus, quas præuiderūt, rebus dicit solos aut eos prophetas sancta scriptura nūcupat, qui præuiciauerūt, uel ad quos sermo factus est de aduētū Chri. ¶ Nec illud ignorandū, quia primus illos pater Abraham, nouissimus aut Iohānes extitit præcursor eiusdem & baptista Christi. Primū nāq; ad Abraham, ad quē promissio, imō & repromissio facta est beati seminis in hoc sermone. Atq; in semine tuo benedicētur oēs gētes. Inter utrūq; id est post promissionē & ante repromissionē sermo dñi factus est. Et hæc talis enunciatio in eū semel & iteq; de causa iā dicti seminis taliter scripta est. His ita trāfactis, factus est sermo dñi ad Abram per uisionē dicēs. Nolite timere Abram, ego protector tuus sum, &c. Illo ad hæc dicēte: Mihi aut nō dedisti semen, & ecce uernaculus meus, hæres meus erit: statim sermo dñi factus est ad eū dicēs. Nō erit hic hæres tuus, sed q; egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredē. Eduxitq; eū foras, & ait illi. Suspice cœlū, & numera stellas, si potes. Et dixit ei. S; c erit semen tuū. Credidit dño, & reputatū est illi ad iustitiā. Quod aut hic propheta fuerit, eo q; sermo dñi ad eū factus sit, testatur ipse dñs, qui pro illo arguēs Abimelech per somniū nocte dicit. Nunc igitur redde uxore uiro suo, q; propheta est, & orabit pro te, & uiues. ¶ Nouissime in Iohannē Baptistā scripta est eiusmodi enūciatio, scribente Luca his uerbis. Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, factū est uerbū dñi sup Iohānē Zachariæ filiū in deserto. Q; uero iste propheta sit uel fuerit, testatur idē dñs cū de illo ad turbas dicit. Sed quid existis in deserto uidere? Prophetā? Etiā dico uobis, & plus q; prophetā. Igitur ubi audimus in sanctis scripturis, factum ad sanctos hoies sermonē siue uerbū dñi, iucundū & perpulchrū est, perpēdere, q; sic dictū sit, ut subaudiatur eius rei q; uerbū carō fieret & habitaret in nobis. Et ob hoc alios quidē prophetas, Iohannē autē plus q; prophetam esse, q; uerbū carnē factū, magno quidē & prophetalī munere sex mēses nascēdo præuenit, sed nō minori priuilegio gratiā iuuenē digito demōstrauit, dicēs. Ecce agnus dei, & tollentē peccata mūdi. Fluētē Iordanis baptizare meruit. ¶ Parū autē erat prophetas eos dici, ad quos sermo dei factus est. Plus em̄ aliquid spūs sanctus in David de illis elocutus est. Ego (inquit) dixi, dñi estis & filij excelsi oēs. Quā ob causam, nisi q; sermo dei ad eos factus est? Hoc em̄ in causa esse dñs ipse astruit, qui loquēs Iudæis calūniantibus, cū præmississet. Nōne scriptū est in lege uestra. Ego dixi, dñi estis, & filij excelsi oēs: continuo subiunxit. Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura, &c. Ergo prophetæ dñi sunt, quoniā isti sunt ad quos sermo dei factus est. ¶ Q; si dñi recte dicūtur, nonne & saluatores nihilominus recte cognominātur? Si illos scriptura dixit saluatores, p quos deus tēporalē Iſraheli salutē operatus est. Exempli gratia. Et clamauerunt filij Iſrahel ad dñm, qui suscitauit eis saluatore, & liberauit eos, Othoniel uidelicet filiū Zener, Itēq;. Et clamauerunt ad dñm, qui suscitauit eis saluatore Aoth. Si ergo illos dixit saluatores, p quos deus tēporaliter liberauit Iſrahel: quāto magis recte illi dicātur saluatores, quos labor saluatori nostro deo ad nostrā æternā salutē cooperatus est? ¶ Pulchre igitur, & nō sine quodā diuino præſagio, hic unus ex illis, & primus ex duodecim, dicitur Osee, quod interpretatur saluator. Dicitur em̄ filius Beheri, quod interpretatur putei mei. Et quis est, de quo deus pater recte dicat, filius putei mei, nisi Christus filius unicus & uerbū dei, natus de secreto siue altitudine aut profundo cordis paterni? Ergo hic nō solū officio, uerū etiam uocabulo, tam proprio, q; paterno, saluatoris nri Chri typū gerit. Sequitur. In diebus Ozis, Joathā, regis Achaz, & Ezechie, regum Iuda: & in diebus Hieroboam, filij Joas, regis Iſrahel. ¶ Ozias qui & Azarias, regnauit super Iudā annis. LII. & post hūc filius eius Iothan annis, XVI. itēq; post eū Achaz annis, XVI. & post hūc Ezechias annis, XXIX. qui simul iuncti, sūt anni fere, CXLIII. Quod quia multū est, ut rā dñi prophetaſse unus existimetur: at saltē illud constare oportet, qd & extremos annos Hieroboam filij Joas, regis Iſrahel, qui regnāte Ozia in Iuda, iā regnare cœperat (ut prædictū est) regnauitq;. XL. & uno annis. Et primos annos regni Ezechie propheta hic attigerit: quia sic prophetiæ eius initiū habet. Voca nomen eius Iſrahel, quoniā adhuc modicū, & uisitabo sanguinem Iſrahel super domū Iehu. Hoc fere continuo post mortem eiusdem Hieroboam factū est: quia succedens illi filius eius Zacharias, regnauit tantum sex mensibus, & percuſus, atque

Abraham
propheta.

Gene. 15

Gene. 20

Iohannes
Baptista
propheta
Lucæ. 1.

Matth. 11

Iohan. 1.

Propheta dei
psalm. 81.

Iohan. 10

Prophete
saluatores,
Iud. 3

Osee filius
Beheri.

2. Paral. 26

4. Regū. 15

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. I.

interfecit eum Sellum, regnavitq; pro eo. Hic iam recte quaeritur, qualis sit intentio literæ huius, cur prophetiam hanc referat esse continuatam à diebus Ozia, quibus regnavit & Hieroboam, usq; ad dies Ezechia regis Iuda. Ad quod primo dicendum, quia regnante Ezechia anno sexto regni eius, qui erat nonus annus Osee regis Iſrahel, capta est Samaria, & tranſtulit rex Aſſyriorum Iſrahel in Aſſyrios, collocavitq; eos in aula & in Nabor, iuxta fluviū Gozan, in civitatibus Mædoꝝ, quia non audierunt vocē domini dei ſui. Hoc ergo intendit ſacræ literæ ſpiritus, ut teſtificetur inexcufabiles fuiſſe reges & populū Iſrahel, quia nunquā dominus prophetas mittere deſiit in illis, nullius regis eorum diebus prophetica vox defuit, irā domini uenturā cōminans, captiuitatē futurā prænuncians, donec ueniret: ne Iſrahel ſe excuſare poſſet de ignorantia, colens uitulos, quos fecit Hieroboam, imò & Baal quē introduxit Iezabel. Ante hunc exiit Helifeus, qui & mortuus eſt regnante Ioas patre huius Hieroboam, & ante Helifeum Helias, ſimiliterq; & alij, ut Micheas de Gemla, multiq; filij prophetarū, atq; ita ſi rite memores, à primo Hieroboā, qui peccare fecit Iſrahel, cui & mala uentura pro meritis prædixit Aſias Sylonites, prophetici (ſicut iā dictū eſt) teſtimoniū contra illos nō defuit, uſq; ad effectū prædictæ captiuitatis, ita ut per omnia iudex deus laudabilis, reus autē populus cū regibus ſuis ſit inexcufabilis. Sub eiſdem regibus Iuda Eſaiam quoq; prophetā, ſe, titulus libri eius indicat. Et uide diligenter in ſpiritu dei, dignitatis cuiuſq; cuſtodia. Cum dixiſſet in diebus Ozia Ioathan Achas & Ezechia regū Iuda, tunc demū ſubdidit, & in diebus Hieroboā filij Ioas regis Iſrahel. At ille uidelicet Hieroboā cunctis illis tēpore prior exiit, utpote cuius regni anno. xxvij. Ozias qui & Azarias, regnare cœpit in Iuda. Cur ergo tot iunioribus in ordine ſuppoſitus eſt? Nū casu hoc actū eſt? Non utiq; ſed quia regnū Iudæ regnū David legitime exiit, regnū autē Iſrahel ſciſſum à domo David, rapina erat, idolatriæ cultus erat, non tēplo dñi, ſed uitulis aureis ſeruiebat. Iccirco Hieroboā ne cōmemorari qdē in ordine regū aut in ſanctarū titulo ſcripturarū præfigi debuiſſet, niſi pro cauſa, quæ iā dicta eſt: quia contra quos Helias & Helifeus, cæteriſq; prophetæ ſteterunt idolatras reges Iſrahel, contra ipſos etiā dirigebatur prophetia hæc, ut inexcufabilis eſſet cum ſuis regibus impceniens Iſrahel. Proinde de cæteris regibus Iſrahel, qui temporibus iſtoꝝ regū Iuda regnauerunt in Samaria, cū plures fuerint, nullus hic nominatus eſt, niſi iſte ſolus, idēq; quāuis tēpore prior, loco (ut dignū erat) poſitus eſt poſterior. Sufficit namq; ad inſinuandū, quod regibus Iſrahel prophetica cōmonitio fuerit continuata, iſto uidelicet Osee incipiente prophetare in diebus Hieroboā. Heliſeo mortuo, qui prophetauerat adhuc in diebus patris eius Ioas. **Principiū loquēdi domini in Osee. Et dixit dominus ad Osee. Glade, ſume tibi uxorē fornicariā, & fac filios fornicationū, quia fornicās fornicabitur terra a dño. Et abiit, & accepit Homer filiā Bebellaim, & concepit & peperit filiū. Et dixit dominus ad eū. Glada nomen eius Jeſrahel, quia adhuc modicū, & uisitato ſanguinē Jeſrahel ſuper domū Jebu, & quieſcere faciā regnū Iſrahel, & in illa die conterā arcum Jeſrahel in ualle Jeſrahel.** **A** ſtruere nō poſſumus iccirco dictū hic eē, principiū loquēdi dñm, q̄ iſte primus ſit uel fuerit eorū, ad quos dñs, uel in quibus prophetiæ locutionis mō locutus eſt, uel quibus futura captiuitas illius populi p̄monſtrata eſt. Nā cōſtans quidē eſſe poteſt, q̄ prophetarū cæterorū, quorū prophetici extant libri, primus tēpore fuerit, & Eſaiā q̄ aliquantis diebus p̄ceſſerit, cuius circa initium uoluminis mortuus Eſaias legitur: uerū tamē fuerūt & alij prophetæ, in quibus ſine dubio locutus eſt dñs, quorū notiſſimi ſunt Samuel, & David, Helias, & Helifeus, qui hūc Osee nō paucis p̄ceſſere diebus. Si ergo ſic dictū intelligi placent, principiū loquēdi dñm in Osee, ut ſit ſenſus, primū locutus eſt dñs in Osee, nihil repugnans inuenitur, ita uidelicet, ut ſubaudiās, eorū qui ſub p̄dictis regibus prophetauerūt. Nā & Eſaias & Iohel & Amos, & Abdias, & Ionas, et Micheas ſub eiſdē regibus prophetauerunt. Quorū etiā interpretationes nominū hic ponere nō ſuperflū ducimus Ozias interpretatur fortitudo dñi, Ioathan dñi cōſummatio, Achas uirtus, Ezechias imperiū dñi. Hi regnabāt in Iuda, cuius nomen cōfeſſio eſt. Porrò in Iſrahel, qui ſibi idola fecerat, etiā deitē plo et domo David fuerat ſeparatus, regnabat Hieroboā, qui interpretatur tēporalitas ſiue mora, q̄ mundū amauerit, et in ipſo diu morari uitā putauerit ſempiternā, nequaquam futuris, ſed

turis, sed præsentibus delectatus. Quamuis autē sic recte intelligatur, ut iam dictū est, nihilominus tamen sic accipitur principium loquendi dominū in Osee, ut sit sensus. Hæc talia, quæ protinus sequuntur, Vade, sume tibi uxorem fornicariā, &c. Primū in eo locutus est dñs.

¶ Tandē & hoc prætereundum non est, quia loqui dominū ad Osee, & loqui dominum in Osee, nō omnino idē est. Nam loquitur dñs ad Osee uel ad alium quempiam, cū uerba sua mittit per angelicā siue per quamlibet aliā speciem: loquitur in aliquo, cū sine aliqua specie extrinsecus apparente loquitur in corde eius per occultā suā uirtutis inspirationē. ¶ Sume (inquit) tibi uxore fornicationū, & fac filios fornicationū. Vt nunc interim simplicē sequamur literā, nō culpandus est propheta, si meretricē cōuerterit ad pudicitiam, sed potius laudandus, quod ex mala fecerit bonā. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur, si malo societ, sed qui malus est, in bonū uertitur, si boni exēpla sectetur. Hæc & his similia multa dicta sunt, & dici possunt in excusationē uiri sancti, nō suæ libidini, sed superno imperio seruientis, quod uidelicet iubente etiā eorū, quæ turpia uel inhonesta uidentur nihil fieri turpe aut inhonestū est. Cæterū eis, qui cū sint ueritatis amatores, spiritū ubiq; potius quā literam libenter amplectuntur, cito persuasum est, uel persuaderi potest, quia nihil horū, quæ hic de fornicationis opere scribuntur, geſtū est corporaliter, sed totū spiritualiter, id est per uisum siue per excessum. Neq; enim inauditum & inusitatum est, ut uxorem duxisse filiosq; ex ea genuisse sibi quispiā uisus sit factus extra sensus corporis, id est per excessum siue in uisum noctis. Quāto magis ubi superna uisitatio prophetam instituit, talium rerum imaginationes insigniter per uisum potuere celebrari? An non multa plura atq; prolixiora his continet Apocalypsis Iohannis, quæ omnia sine dubio, sicut testatur ipse, in spiritu uidit & egit? Hic iam recte quaeritur, quid opus fuerit istis similitudinibus, uel quomodo per istas similitudines ipse, qui in propheta loquitur, dominus in manu eiusdem prophetæ assimiletur, sicut ipse testatur. Hoc etiam in ipso dicens, & in manu prophetarū assimilatus sum. Itaq; iam nunc priusquam literæ seriem percurramus, libet præmittere, quid secundū istorū similitudinē cū hominibus mirabilis deus sit operatus, ut postmodum cum singula similitudinis facta uel dicta secundum tempus prophetiæ differemus, nō incognita pariter mysteria proferamus. ¶ Vniuersum genus humanum à societate creatoris recessisse, & recedendo fornicatum fuisse, quis nesciet? Recedere nanq; à creatore & seruire creaturæ, fornicari est. Nam & Psalmista de huiusmodi fornicatione. Perdidisti (inquit) omnē, qui fornicatur abs te. Fornicariā ergo mulierē deo sibi sumpsit, quā generationē auersam adiit, generationē Chaldaicā, unde Abraham eduxit. Ego enim (inquit) sum deus qui eduxi te de Hur Chaldaeorū. Cū illo foedus pepigit, habuitq; ex carne eius Iesrahel, id est semen dei. Filios dei, filios promissionis, sed nihilominus pariter nati sunt filij fornicationis, id est filij carnis, qui non sunt filij dei, aut filij promissionis. De qua nimirum distantia & Apostolus dicit. Non enim omnes qui ex Iesrahel, hi sunt Iesrahelitæ, neq; qui sunt semen Abraham omnes filij, sed in Esaia uocabitur tibi semen, id est non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui filij promissionis, æstimantur in semine. Isti & in Aegypto, ubi deos Aegyptios coluerunt, sicut in multis scripturarum locis, & maxime in Ezechiele, exprobratur eis: palam fecerunt, quod essent filii fornicationū, & exinde fornicarij non desierunt. Nunquā tamen in gente illa defuit Iesrahel, id est semē dei scilicet multi fidē habentes eius beati seminis, quod Abraham deus promisit, & e contra filij fornicationum, id est filij carnis, semper persequētes semen dei, siue filios promissionis, non tantum donec interficeretur Naboth, qui hic dicitur Iesrahel. Fuit enim Iesrahelites, sed & in perpetuū. Hinc & Apostolus. Si quomodo is qui secundū carnē natus est, persequēbat eū qui secundū spiritū, ita & nūc. Deinde iteꝝ tēpore nō paruo interposito, id est post quadringētos & triginta annos, accessit deus ad illā mulierē fornicariā, & genuit filiā, quæ diceret nō consecuta misericordiā. Dedit enim legē in mōte Syna, quæ nō uiuificaret, nec ad pfectū adduceret & instituit synagogā, de qua pro parte reproborū, quæ maxima extitit, recte dicas, quia filia illa nō est consecuta misericordiā. Non enim (inquit Apostolus) per legē promissio Abraham, aut semini eius, ut hæres esset mūdi, sed per iustitiā fidei, &c. Quam fidei iustitiā, quia nō recepit illa filia, ideo non consecuta est misericordiam, imò consecuta est iram. Lex enim irā operatur. Tertio deus ad fornicariā accessit, genuitq; rurſus filiū, i. sermonē propheticum.

Fornicatio
hoim a deo.
Psalm. 72

Gene. 15

Roma. 9

Ezech. 16

Gala. 4

Roma. 4

COMMENTA RVPER ABBA LIB. I.

Prophetas enim misit, quos & scripturas utiliter legi addidit. At illa fornicaria non solum non est a fornicationibus suis reuerfa, imò etiã contra semetipsam est diuisa, & ecce iam fornicariæ duæ factæ sunt ex una, quæ altera Oolla, altera in eisdem prophetis dicitur Ooliba. Hæc diuisio unius in duas tunc facta est, quando Samaria cum decem tribubus recedens a domo Dauid regem suum sibi constituit & pro deo vitulos aureos colens, Baali quoque cæterisque deorum portetis sese prostituit. & hæc est Oolla. Nam Hierusalẽ cum duabus tribubus Iuda & Benjamin, quæ & ipsa coluit Baal, ipsa est Ooliba. Ad istam quarto iam tempore deus accessit, quoniam dei filius peccabis me, non fornicaberis, & non eris uiro. Sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filii Israhel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphim. ¶ Igitur ut in manu prophetæ huius assimilaretur dominus: Sume (ait) uxorem tibi fornicariã, & fac filios fornicationum. Quare? Quia fornicans (inquit) fornicabitur terra a domino. Iccirco (inquit) fac filios fornicationum, ut sint in signum & portentum eorum, quæ quæque agenda sunt inter gentem istam & me dominum patrum suorum. Notandum quippe, quia non tantum dixerat, quia fornicabitur, sed quia fornicans fornicabitur. Iccirco præmisit fornicans, & deinde fornicabitur, ut sit sensus. Quia gens ista a deo suo, & fornicata est, & fornicatur, nunc & amplius fornicabitur in posterum. Et abij (inquit) & accepi Gomer filiam Debelaim, & concepit, & peperit filium. Gomer consummata atque perfecta in nostra lingua, Debelaim palatas sonat. Est autem massa pinguium caricarum, quas in more latearum figurantes, ut diu illesæ permaneant, calcant, atque conpingunt, habentque in esu suauitatis uoluptatem. Ergo Gomer filiam Debelaim accepi (inquit) id est apud gentem prophetaui consummata siue perfecta consumptione atque perfectione uoluptuosæ fornicationis post vitulos aureos & post Baalim. Genitum ex ea filium, uoca inquit Israhel. Israhel ciuitas erat Metropolis decem tribuum, de qua fuit, & in qua interfectus est NABOTH. Ponitur ergo pro ipso Naboth hoc nomen Israhel. Et est sensus. Naboth quidem Israhelites lapidatus & hominibus mortuus est: sed mihi uiuit, & ad me sanguis eius clamat, moxque uindictam recepturus est, non solum de interfectores suis, uerum etiam de illo, qui sanguinis eius ultor fuisse uisus est. Nam hoc est quod ait. Et uisitabo sanguinem Israhel super domum Iehu. Iehu namque interfecit domum Ahab, domino iubente, propter peccatum sanguinis Naboth, sicut prædictum fuerat ad eum. Occidisti in super & possedisti. Ac deinceps. In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lingent quoque tuum sanguinem. Item. Canes comedent Israhel in agro. Cum ergo Iehu, non Israhel, siue Naboth sanguinem fuderit, imò interfectores eius ipse interfecerit, quare super domum eius ille sanguis Israhel debuit uisitari? Videlicet quia non ueraciter zelo dei paruit, sed propria cupiditate ut regnaret, deleta domo regis, per omnia feruuit. Super hoc satis manifeste conuincitur, quia uidelicet a peccatis Hieroboam non recessit, uitulosque aureos & ipse coluit: quod non fecisset, si uero zelo zelatus fuisset pro causa domini. Recte ergo & ipse, uel domus eius reputatur inter occisores Israhel, id est persecutores seruorum dei, & uindicta peccati eiusmodi, tam ex ipso, quam ex cætero populo Israhel requirenda iudicatur, & ita factum est. Nam mortuo pro nepote eius Hieroboam, sub quo hic Osee propheta cœpit, succedente filium eius Zachariã, sexto regni eius mense occidit Sellum, regnumque pro eo, de alia stirpe generatus. Nec mirum, quod subuersa est domus Iehu, cum etiam regnum domus Israhel, hoc est decem tribuum perinde deletum sit. Nam & occiso Zacharia, qui fuit ultimus de stirpe Iehu, statim reges Assyrii cœperunt Ruben & Gad, & dimidia tribum Manasse, quæ erat trans Iordanem, & deinde paucis, id est, xl. & ix. interiectis annis a Zacharia, quem occidit Sellum (ut iam dictum est, regnante Osee anno regni eius nono, decem tribus in captiuitate ductæ sunt. Hoc est quod ait. Et requiescere faciam regnum domus Israhel, & in illa die conteram arcum Israhel in ualle Israhel. Nam propter urbem Israhel, quæ Metropolis erat Samariæ, campi sunt et latissimi, et uallis nimiam uastitatis, in qua commisso certamine ab Assyriis cæsus, et captiuus ductus est Israhel. ¶ Nunc quæreret locus admonet, cur omissio proprio uocabulo Naboth, cum dicere posset. Et uisitabo sanguinem Naboth Israhelitarum. Maluit dicere, Et uisitabo sanguinem Israhel, quod non hominis est nomen, sed ciuitatis, et interpretatione sui: Interpretatur namque (ut iam dictum est) semen dei non uni tan

tini tantū: sed omnibus cōmuniter congruit qui sunt semen dei, homines dei, electi dei. Ad
 hæc dicimus: q̄a non solius Naboth uisitandus erat, nec em̄ illū solū p̄secuti sunt Iezabel &
 Achab & cū eis insana multitudo populi, sed om̄es p̄sequebant & occidebant quos conse-
 quebant qui erant semen dei, q̄ p̄phetabant in noīe dñi, q̄ loquebant uerbū dei. Hinc est il-
 la fugientis Helie querela: Dñe, p̄phetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderūt, & relictus
 sum ego solus & querunt animā meā. Quis uero nesciat sanguineā eiusdē Iezabel insaniam
 sub eiusdē temporibus profluxisse etiā inuidiā: Nā Athalia Iezabelis filia, mortuo filio suo
 Azaria: nupserat em̄ Iorā regi Iudæ filio Iosaphat, & filiū eius iam dictū Azariā interfece-
 rat Iehu, irata & in ipsum seuiens dñm, surrexit & interfecit om̄e semen Regium, non utiq̄
 absq̄ favore uel consensu principū, qui & pinde suis delinitū obsequijs atq̄ illaqueatum te-
 nentes, Ioas regem, qui residuus fuerat, insignē occiderunt ad imperium eius Prophetam
 Zachariā, sicut scriptum est: Congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis im-
 perium in atrio domus dñi. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ quā fecerat Ioīada
 pater illius secum, sed interfecit filium eius. Qui cum moreretur, ait: Videat dominus & re-
 quirat. ¶ Itaq̄ iam dictus Helias cū fugitaret & latitans in spelunca, dicēt dño, qd hic agis
 Helia, querulariū s̄onē diceret: Dñe altaria tua suffoderunt, & Prophetas tuos occiderunt
 gladio, & derelictus sum ego solus, & querunt animā meā: egredere ait dñs, & sta in mōte
 corā dño. Et ecce dñs transiuit, & spūs grandis & fortis subuertens montes, & conterēs pe-
 tras ante dñm. Non in spiritu dñs. Et post spm̄ cōmotio. Non in cōmotiōe dñs. Et post cō-
 motiōe ignis. Non in igne dñs. Et post ignē sibilus aurę tenuis, & ibi dñs. Nimirū Prophe-
 tæ desideranti aduentū saluatoris, qui peccata tolleret & iusticiā sempiternā adduceret, quē
 & hic Osee desiderat atq̄ prophetat, tali oraculo præsignabat futura tam Iſrahelis q̄ & Iu-
 dæ captiuitas, de qua & iste non tacet Propheta: utriusq̄ nanq̄ scilicet Iſrahelis et Iudæ fu-
 tura mala pronunciat, et de saluatoris aduentu necessaria nostræ saluti (sicut sequentia suis
 in locis declarabant) prædicat mysteria. Deniq̄ loquens illic ad Heliam dominus in spiritu
 grandi et forti subuertente montes et contere petras, futuram captiuitatem significat, de
 cem tribuum Iſrahel quæ facta est ad Salmanassar Rege Assyriorū regnante Osee: Non in
 spiritu (inquit) dñs, id est, nondū finis, nōdū uenit Messias dñs qui expectabat. In cōmotio-
 ne transmigrationē primam designat tribus Iuda, qua traducendus erat Ioachim rex Iuda
 in Babylonē cū quadraginta milibus, nemine relicto exceptis pauperibus. Nō (inquit) in cō-
 motiōe dñs, id est, nondū finis, nondū ueniet dñs. In igne scđam captiuitatē Iuda et Hie-
 rusalē uult intelligi, qñ rebellante Sedechia, iteq̄ uenit rex Babylonis et succendit Nabu-
 zardan princeps exercitus domū dñi, et domū regis omnēq̄ domū cōbussit igni, et muros
 Hierusalē in circuitu destruxit. Non (inquit) in igne dñs, id est, nondū tēplo exusto et ciuita-
 te destructa tēpus erit dominici aduentus. Et post ignē sibilus aurę tenuis, et ibi Dominus.
 Sibilus aurę tenuis, occultus et secretus fuit aduentus dñi, quē quasi de aura tenui, id est, de spi-
 ritu sancto Maria uirgo concepit. ¶ Fuerunt autē à prædicto turbine usq̄ ad cōmotio-
 nē, id est, à captiuitate decē tribuū usq̄ ad primā filiorū Iuda trāsmigrationē, anni circiter cē-
 tum uiginti septē, q̄ supputant hoc mō. Anno sexto Ezechie trāstulit rex Assyriorū Iſrahel
 in Assyrios. Ipse autē Ezechias uiginti nouē annis regnauit in Hierl̄m. Ergo regni eius resi-
 duū erāt anni uiginti quatuor, q̄ cōiuncti cū gnquaginta q̄q̄ annis filij eius Manasse ac duo-
 bus filij eius Ammon, atq̄, xxx. uno Iosæ, ac deinde annis undecim Eliachim, q̄ dictus est
 Ioachim, tādēq̄ tribus filij eius Ioachim, fiūt. 127. Ab illa cōmotiōe usq̄ ad ignē, i. à prima
 trāsmigratiōe usq̄ ad tēpli et ciuitatis exustionē, fuere anni. xi. regni Sedechie. Ab illo igne
 siue captiuitate usq̄ ad sibilū aurę tenuē, i. Chri aduentū q̄t anni interessent, Danieli his uer-
 bis reuelatū est. Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt sup̄ pplm̄ tuū et sup̄ urbē sanctā
 tuā, ut consumet præuaticatio, et sinē accipiat peccatū, et deleat iniquitas, et adducat iustitia
 sempiterna, et impleat uisio et prophetia, et ungat sanctus sanctorū et cætera. Nimirū eo tē-
 debat Helias, ut deleret iniquitas per Christi aduentum, et adduceret iustitia sempiterna, qui
 tunc abundante iniquitate se solum relictū esse putabat. Igit quia per eadem tēpora, non so-
 lum Naboth occisus, sed et multorū Prophetarū atq̄ iustorū fundebatur sanguis, quē sup̄na
 requirere deberet iustitia, recte nō p̄priū nomē Naboth, sed id, qd̄ scđm̄ interpretationē cō-
 mune

3. Reg. 19

4. Reg. 17

2. Para. 24.

3. Reg. 19

4. Reg. 17

4. Reg. 24.

4. Reg. 28

Sibilus aurę
tenuis.

Danic. 9

COMMENTA. RVPER. ABBA. LIB. I.

mune est ponitur uocabulum Iſrahel. Mirorq; modo ita requirenda eſſe uindicta præno-
 cia, ut incipiat à iuſtiſſimis illius homicidæ populi, à capite regni ſanguinei, qualis tunc erat
 domus Iehu, quæ ſibi domũ Achab occidendo multum contuliſſe uidebatur, & nihilomi-
 nus Idololatriã, quæ cauſa erat effundendi ſanguinis ſanctorũ exeſbat. ¶ Sed & adhuc quæ-
 riſ. Quid magnũ erat iter pphetas aut iter iuſtos ille Naboth Iezrahelites, ut ex eiꝝ occaſiõe
 omnes, qui interfecti ſunt iuſti, aut Prophetæ ſignificarent hoc nomine Iſrahel? Ad hoc reſ-
 ſpondemus: quia uere magnũ fuit & eſſe debuit memoriale interfectionis eius inter omniũ
 Prophetarũ aut iuſtorũ neces: quia taliter interfectus eſt, ut uel ante uel poſt ipſum, uſq; ad
 Chriſti dñi noſtri paſſionẽ, fere nemo præter dñm noſtrum taliter uel tali ordine occiſus eſſe
 referat. Quid em̃? Dicenti ſibi Achab: Da mihi uineam tuam, ut faciã mihi hortum olerum
 & cætera. Hoc tm̃ reſponderat. Propitius ſit mihi dñs, ne dem hæreditatẽ patrum meorũ ti-
 bi. Pro hoc indignanti & uehementer irato ſuæ authoritatis ultionẽ pollicita Iezabel ſcri-
 pſit literas: prædicare (inquiens) ieiuniũ, & ſedere facite Naboth inter primates populi, &
 ſubmittite duos uiros filios Belial contra eum, & falſum testimoniũ dicant, hñdixit domi-
 num & regẽ, & educite eum & lapidate, & ſic moriatur. Hoc modo hypocriſis deo odibilis
 pulchræ palliata inceſſit, ſpecioſo quaſi ordine iudicij, ut non tantum occideret quaſi uir iu-
 ſtus ab iniuſtis & deo aduerſantibus: ſed quaſi reus & blaſphemus, à iuſtis iudicibus fortiter
 pro deo zelantibus, legemq; ſanctã cuſtodientibus, Ieiunãtibus, et animas ſuas in ieiunio hu-
 miliantibus, et prædicantibus ieiunemus ieiunemus: ga tm̃ nefas diebus noſtris audiuimus,
 ne forte cum blaſphemo pariter à terra deglutiamur, et talia ſciẽter cum iniqua machinan-
 tibus ſimulatione, ut muliebri ſatiſfieret inſaniæ uel cupiditati furtoſa. Quantæ putas curę
 deo uidẽti hoc debuit eſſe? Quantum fuit in cælo ſpectaculum, dum tam crudele cruorema
 ſitiendo callidi ſimulatores prædicarẽt uel celebrarẽt ieiuniũ? Bene ergo mors eius memo-
 rabilis eſt inter omnium Prophetarũ uel iuſtorum neces, ubi talis apparatus hypocritarum,
 talis ſpectatur facies homicidarum. Adde quod in tali eius interfectione ſplendiſſimus
 dominicæ paſſionis typus eſt. Quid enim hic diſſimile? Verum quia myſterium hoc alio
 in opere noſtro latius traſtauimus, nunc præterire libet. ¶ Hoc tantum hic prætereũdum
 non eſt: quia quod ait. Et in illa die conteram arcum Iſrahel in ualle Iſrahel. Spiritualiter
 ita factum eſt, ut omnis Euangelica uel Apoſtolica doctrina teſtis eſt. Arcus quippe Iſra-
 hel, id eſt, omnis: Fiducia carnalis Iudaismi, fiducia circũciſionis & cerimoniarũ, fiducia ſu-
 perbi ſpiritus & ſanguinis, qua contra ipſum dominum gloriati ſunt dicentes: Pater noſter
 Abraham eſt, nos ex fornicatione non ſumus nati, unum patrem habemus deum, ſicut ho-
 die cernitur, contrita eſt, & gloriari illis non licet: quia non ſolummodo contempta eſt eo-
 rum lex carnalis, ſed & ipſi captiui ducti ſunt in omnes gentes. Hoc totum factum eſt in ual-
 le Iſrahel, id eſt, in humilitate ſeminis dei quod eſt Chriſtus. Nam per humilitatem paſſio-
 nis Chriſti, ſicut exaltatæ ſunt gentes, fidem eius recipientes: ita e contra deieſti atq; contri-
 ti ſunt Iudæi, contemnentes iuxta illud propheticum beatæ uirginis canticum. Depoſuit
 potentes de ſede, & exaltauit humiles. Sequitur. L. Et concepit ad huc, & peperit filiam,
 & dixit. Glora nomen eius abſque miſericordia, quia non addam ultra miſereri do-
 mui Iſrahel, ſed obliuione obliuiſcar eorum, & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo
 eos in domino deo ſuo, & non ſaluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis &
 in equitibus. ¶ Filia hæc magnum prioris ſententiæ incrementum eſt. Prior nanq; ſenten-
 tia hæc erat & quieſcere faciam regnum domus Iſrahel, & in illa die conteram arcum Iſra-
 hel in ualle Iſrahel. Quod totum completum erat, ubi rex Aſſyriorũ (ſicut iã prædictũ eſt)
 præliando uictas duxit captiuas decẽ tribus Iſrahel. Par illi malo extitit aliud qd factũ eſt in
 Iuda, quando uenit rex Babylonis, et ab eo capta ciuitate Hieruſalẽ, populus ille in Babylo-
 nẽ captiuus tranſmigravit. Facta eſt magna iudice deo, captiuitatis utriuſq; differẽtia, ut ſci-
 licet captiuitas Iudæ poſt annos ſeptuaginta ſolueretur, captiuitas autem decem tribuum,
 nequaquam ultra ſolueretur. Hoc eſt quod ait: Quia non addam ultra miſereri domui Iſra-
 hel, ſed obliuione obliuiſcar eorum, et domui Iuda miſerebor, id eſt, decem tribuum capti-
 uitatem non ſoluam, ſed Iudæ tranſmigrationem de Babylone reuocabo. Sed et per idẽm
 tempus, quando decem tribus in captiuitatem ductæ ſunt, miſertus eſt Dominus do-
 mi

Altera q̃ſtio
 de Iſrahel ſeu
 Naboth

3. Reg. 21

Hypocriſis
 palliata

Arcus Iſrahel
 contritus

Iohã. 8.

Luca. 1

IN OSEE PROPHE. CA. I. MO. VI.

mui Iuda. Nā cū sexto anno regis Ezechia rex Assyriorū Salmanassar transfulisset Iſrahel
 itidem. xiiij. Ezechiaſcendit Sennacherib rex Assyriorū ad uniuersas ciuitates Iuda mu-
 nitas, & cepit eas, & uenit usq; ad Hierusalem. Venit autem angelus domini, & percussit in
 castris eius. clxxxv. milia, & reuerſus est Sennacherib, & manſit in Ninīue. Cūq; adoraret
 in templo Neſerach deum ſuum, Adram elech & Seraſar filij eius percufferunt eum gla-
 dio. Itaq; ſi utrūq; tēpus miſericordiæ respicias ueraciter dictū eē ppendis, & ſaluabo eos in
 dño deo ſuo, & nō ſaluabo eos in arcu & gladio, & in bello, & in equis & in equitibus. De-
 niq; filij Iuda neq; nocte illa, qua percussa ſunt caſtra Assyriorū, neq; tpe illo, quo de captiui-
 tate Babylonia ſoluti ſunt, contra hoſtes uel captiuatores ſuos arcū tetenderunt, aut gladiū
 uibrauerūt, aut in equos aſcenderunt: ſed illis quidē dormientibus percussit angelus dñi caſtra
 Assyriorū. Prophetis aut orantibus ſiue cæteris iuſtis hoibus, imō & angelis interuenientis-
 bus (iuxta illud Zachariae, & rñdit angelus dñi, & dixit: Dñe exercitū usq; quo tu nō miſe-
 reberis Hieruſalē & urbiū Iuda qbus iratus es, iſte iā ſeptuagesimus annus eſt) ſuſcitauit dñs
 ſpñ Cyri regis Perſarū, ut pponeret edictū, daretq; libertatē aſcendendi in Hieruſalem &
 aſtificandi domū dñi dei in Iſrahel. Ergo ſaluabo (inquit) eos in dño deo ſuo & non in arcu
 uel gladio. ¶ Qd ſi qñs tñe, uel iudicij æq̄tatē, cur dñs Iſraeli nō miſereriet domui Iuda mi-
 ſereri debuere: ſciendum tibi eſt, magnam in regibus Iſrahel & regibus Iuda diſtantiam fu-
 iſſe peccati. Regum quippe Iuda nonnulli iuſti fuerunt, uidelicet Dauid, Ezechias & Iosia-
 as, q̄ nullum Idololatriæ peccatum admiferunt, & Iosaphat quoq; niſi amicitias in iſſet cum
 Ochozia rege Iſrahel, cuius opera peſſima fuerunt, ſed & cū patre eius Achab. Vnde & ar-
 guit eum Iheu filius Anani uidens, & ait: Impio præbes auxiliū, & his q̄ oderūt dñm amicitia
 iungeris. Cæterorū quoq; nonnulli pœnitentiā egerunt, fecerūtq; qd placitū erat coram dño
 Auero de regibus Iſrahel nullus extitit q̄ faceret qd rectū eſſet aut placitū corā domino,
 nullus omnino qui recederet à peccatis Hieroboam filij Naboth, qui peccare fecit Iſrahel.
 Omnes impœnitentes extiterunt, & peccata ſua defendentes uniuerſi, ſermonē dñi repule-
 runt. Vnde & in iſto Propheta loq̄tur dñs. Ego ſcio Ephraim & Iſrahel nō eſt abſcōditus à
 me. Quia nunc fornicatus eſt Ephraim, cōtaminatus eſt Iſrahel, nō dabūt cogitatiōes ſuas
 ut reuertant ad deū ſuū. Itaq; cum tanta fuerit illis atq; illis diſtantia peccati, recte & ſinia in
 utroſq; debuit diſpariter dari. Igit̄ filia hæc recte uocat, abſq; miſericordia, q̄a non utcūq; ca-
 ptiuatus erat Iſrahel, ſed abſq; relaxatōis miſericordia. Iuxta myſticū intellectū itidē ueraci-
 ter ſpūs ppheticus dicat: Reprobata q̄ppe iam ſynagoga, claruit ueritas, qd filia illa non eſt
 miſericordiā conſecuta, quæ tunc nata eſt, qñ (ut ſuperius iam dictū eſt) deus ſcōdo ad mulie-
 rem ſibi coniūgendā acceſſit, q̄ndo poſt. cccc. & xxx. annos à teſtamēto confirmato legē de-
 dit in Syna, & nata eſt ſynagoga miſericordiā nō cōſecutura ſeruiliſ filia, noie qdem filia, ſed
 meritis ancilla, foras mittenda. Syna em̄ (inqt̄ Aplus) mons eſt in Arabia. Porro Arabia tē-
 poribus antiquis nō illa, quæ nunc nominatur, ſola erat, ſed ſolitudo & pars Aegypti non
 modica, ubi eſt mons Syna, in quo data eſt lex, unde fuerat & Agar, quæ ſignificat uetus teſ-
 tamentū. Cum ergo dixiſſet: hæc em̄ ſunt duo teſtamenta, unum qdem à monte Syna, ad-
 didit in ſeruitutē generans quæ eſt Agar, quæ coniuncta eſt, uidelicet ſignificatione, ei quæ
 nunc eſt Hieruſalē, & ſeruit cū filiis ſuis. Et ſubinde, cū dixiſſet: ſed quō tunc is, q̄ ſc̄dm car-
 nem natus fuerat, pſequēbat eum q̄ ſc̄dm ſpñ: ita & nunc, protinus ait: Sed qd dicit ſcriptu-
 ra: Enice ancillā & filiū eius. Non em̄ hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Igit̄ filia illa, q̄
 & ancilla, non eſt miſericordiam conſecuta, ſicut iam tunc re nō parua ſignificatum eſt, qñ
 filiorū eius corpora in deſerto proſtrata ſunt, & in illā repromiſſionis terrā non introierūt. Il-
 lud nemo qui neſciat aut neſcire debeat: quia fideles omnes & electi, qui ex eodem populo,
 non ad filia hanc ptinuerunt: ſed ad priorē filiū ſcilicet Iſrahel, id eſt ſemen Dei. Sequitur.
 Et ablactauit eam quæ erat abſq; miſericordia, & concepit & peperit filiū, & dixit:
 Goca nomē eius non populus meus: quia uos nō populus meus & ego nō ero ue-
 ſter deus. Nam nata fuerant duo infelicitatis incrementa. ſ. filius & filia. Filius uidelicet, ut
 captiuus duceret Iſrahel. Filia, ut eadem non ſolueret captiuitas. Nam Iſrahel qdē ſecun-
 dum ſe filius bonus eſt, ſed ſc̄dm id quod requirebatur ſanguis eius, malū illi populo extitit.
 Filia uero ablactata perpetuitas eſt captiuitatis, cui nulla infunditur lactis alimonia, nulla
 conſola

4. Reg. 18

4. Reg. 19

Zach. 1

1. Egdra. 1

Diſtātia inter
regis Iſrael &
regis Iuda

2. Para. 19

Oſec. 9

Gala. 4.

Gene. 21.

Num. 14

Sūma Iudgō
rū miseria.

Questio de fe
dere dei cum
Abraham
Gene. 17

Gene. 17

Rom. 9.

Vbi supra
Declaratio p
phetæ p Apo
stolum

consolatio de captiuitate soluenda. Quid tandē uult tertius iste filius? Quid per hunc intel
ligere debemus, nisi illud quod nomine suo personat, quod est non populus meus? Maxi
mū quippe hoc miseriā est incremētū, ut ppl's captiuus, idēq; nullū habens præfixum sol
uendæ captiuitatis tempus, dicatur, & sit quod dicitur à deo, non populus meus. Nam si ca
ptiuus quidē esset populus, & corporalis eius captiuitas nunq̄ solueretur, non tamen etiā
secundū animā à deo proijceretur, esset tolerabile malū, & magna ex parte bene se haberet
status siue casus captiuoꝝ temporaliter gementiū. Nunc autē malū inremediabile est: quia
corpora uisibilis Assyrius cepit & tenet, animas autē inuisibilis Assyrius decipit & possi
det. ¶ Dicit nunc aliquis: Quid ergo dei fiet de proposito? Proposuerat nanq; deus & pro
miserat Abraham, de semine eius populū sibi adducere innumerabilem sicut stellas cœli, &
in ito fœdere firmauerat quod esse deberet deus eius & deus seminis eius. Suspice (inquit)
cœlū, & numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuū, & continuo sequitur: Credi
dit Abraham domino, & reputatū est illi ad iustitiā. Item & alibi loquitur ad eū idem deus,
Et statūā pactū meū inter me & te & inter semen tuū post te in generationibus suis fœdere
sempiterno, ut sim deus tuus & seminis tui post te. Quid ergo erit, cū illic dixerit, ut sim de
us tuus & deus seminis tui post te. Hic autē dicat: quia uos non populus meus, & ego non
ero uester deus? Aut quō complebitur de semine eius splēdidus electoꝝ numerus secun
dū numeꝝ stellarū cœli. cū illic quidē dixerit, sic erit semen tuū numerosum sicut stellæ cœ
li. Hic autē potius harenæ maris assimilēt eos quā stellas cœli? Sequitur enim & dicit: Et
erit numerus filioꝝ Israhel, quasi harena maris, quæ sine mensura est, & nō numerabit. De
niq; aquatica maris harena multū disparat a stellis cœli fulgidis, & hoc ipso qd sine mensu
ra esse, & non numerari dicitur hic, repulsam uehemente sonat Israhelis, quod nec men
suram donationis cuiusq; habeat, nec numeret in conspectu dei. Quid ergo fiet, ut iam quæ
re ceppimus, de pposito dei? Nunquid excidit uerbū dei? Non utiq; sed habita considera
tiōe uerbi dei, pmittētis Abrahæ, definitionē siue determinationē teneamus seminis eiusdē
Abrahæ. Non em̄ (inquit Apłus) oēs qui ex Israhel hi sunt Israhelitæ, neq; qui sunt semē
Abrahæ oīes filij: sed in Isaac uocabit ubi semen. i. non qui filij carnis, hi filij dei, sed qui fi
lij sunt pmissiōis, æstimant in semine. Ergo undecūq; ueniat, ubicūq; uel quicūq; sint habē
tes fidē pmissionis, quæ (sicut iam dictū est) ad iustitiā reputata est ipsi Abrahæ, sine dubio
reputant in semine. Et idcirco apostatantibus carnalibus Israhelitis, recte quærant aliq̄, de
quibus impleat propositū dei. Sequit̄ ergo. **L. Et erit in loco ubi dicitur eis, non popu
lus meus uos: dicitur eis, filij dei uiuentis, & congregabuntur filij Iuda, & filij Is
rahel pariter, & ponent sibi met caput unum, & ascendent de terra, quia magnus di
es Israhel.** Locū hunc p semetipsum satis illustrem, authoritas apostolica clarius illu
strauit, cū post prædictā determinationē seminis Abrahæ paucis interpositis, ait: Volens
deus ostendere iram, & notā facere potentiā suā, sustinuit in multa patientia uasā iræ apta in
interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ gratiæ suæ in uasā misericordiæ, quæ præparauit in
gloria, quos & uocauit nos non solum ex Iudæis sed etiā ex gentibus, sicut in Osee dicit:
Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordi
am consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco ubi dictū est eis: non plebs mea
uos, ibi uocabuntur filij dei uiui. His uerbis uehementer atq; diligenter astruit prophetiā
hanc esse de gentibus assumendis, in locum eoꝝ qui secundū carnē essent ex Israhel aut se
men Abrahæ indurati, & fidem non habentes exciderunt. Porro de illis qui ex gente illa
saluantur aut saluādi sunt, continuo subiunxit: Esaias autem clamat pro Israhel. Si fuerit nu
merus filioꝝ Israhel, tanq̄ harena maris, reliquæ saluæ fient. Nimisq; tali serie uel processu
uerborum electos ex gentibus, & saluatos siue saluandos ex Israhel in unū coniungit Chris
tum, docens quod indifferenter tam illi quā isti propter fidem seminis Abrahæ, quodē
Christus, oīes semen Abrahæ sint, atq; id esse quod hic Propheta nunc dicit. Et congre
gabuntur filij Iuda, & filij Israhel pariter, & ponent sibi met caput unū, & ascendent de ter
ra, quia magnus dies Israhel. Hoc deniq; sic fieri cœptum est, filij Israhel, scilicet Apostoli,
qui tam secundum carnem q̄ secundum fidem filij sunt Israhel, congregati sunt cū filijs Iu
da, id est, cum electis ex gentibus, quos ad fidem & confessionem Christi perducendo se
cerūt

cerant filios Iuda, congregati sunt pariter in unitatem fidei, ita ut nō sit (sicut ap̄lus ait) di-
 stinctio Iudæi & Græci. Et posuerunt sibi met caput unū, illū uidelicet unū, de quo ap̄lus
 ait. Igitur sicut per unius delictū omnes homines in condemnationē, sic & per unius iusti-
 tiam oēs homines in iustificationē uitæ. Sicut enī per inobedientiā unius hominis peccato-
 res cōstituti sunt multi, ita & per unius obedientiā iusti cōstituentur multi. Isto capite posi-
 to sibi met, ascendēt (inquit) de terra, ut iam nō sapiant aut quærant terrēna, quia magnus dies
 Iſrahel. Magnus dies & magna illustratio seminis dei, quod est Chrūs, seminis (inquam)
 resurgētis ex mortuis, cū quo cōresurgentes utiq; ascendūt de terra, faciēdo qđ idem ap̄lus
 ait. Si cōsurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite. Vbi Christus est in dextera dei
 sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terrā. Mortui enī estis, & uita uestra absco-
 dita est cū Christo in deo. Sic nimirū prima ascensione facta, quæ est resurrectio prima, tā-
 dem ascendent corpora quoq; de terra, quæ erit resurrectio secunda, & sequentur caput
 suū, sicut membra capiti cōiuncta, & sicut ipse Christus pulchre satis breui expressit signifi-
 cationem, dicēdo. Vbi unq; fuerit corpus, illuc congregabūtur & aquilæ. Taliter loquen-
 do in propheta spūs sanctus, miro modo & salutis gentiū prophetiam magna ex parte pa-
 tentē fecit, & nihilominus ip̄s Iudæis siue carnali Iſraheli, qui gentiū semper odore salu-
 tem, literam amabilem reddidit. Quid enī libentius audirent illi, qđ quod hic dicitur, & cōgre-
 gabuntur filij Iuda, & filij Iſrahel pariter, & ponent sibi met caput unum, & ascendent de
 terra: Iam dudū quippe magnā illud discordiæ malū acciderat inter Iſrahel & Iudam ut scin-
 deretur regnum, & discederent decē tribus à domo Dauid, & in duo regna diuisi Iſrahel,
 & Iudas, nō hūc qđ hostilibus quoq; cōtra se ipsos conflixere prælijs. Hæc autē litera hoc il-
 lis prophetare uideretur, quod aliquādo rursum congregādi sint in unum, Iſrahel & Iudas, &
 sub uno rege foederati, ascendere debeant de terra, ad pugnadū & subiugādum sibi regna
 orbis terrarū, multo fortius atq; bellicosius qđ fecerunt regna illa, quibus hæc tenus ip̄s serui-
 erunt, uidelicet Babylonium, Persicū, Macedonicū, atq; Romanū. Igitur etiam adhuc li-
 teram propheticam libenter custodiunt, & ignorātes utilitati gentium seruiunt, testimo-
 nia nostra iugiter ferēdo secum. Nunc ad ipsos uocationis illius ministros, per quos uocari
 di erant filij dei uiuētis, de loco, ubi dicebatur eis, nō populus meus uos, Apostropham fa-
 cit sermo propheticus, & dicit. **Dicite fratribus uestris, populus meus, & sorori ue-**
stræ misericordiā consecuta. **¶** Fratribus uestris inquit. Quibus fratribus aut ubi manē
 ribus & unde uenientibus? Nimirū fratribus Abrahamæ fidē habentibus, undecūq; ueniant,
 ubicūq; sint, quacūq; ex gente originē ducāt, siue Iudæi, siue Græci sint. Fratribus uestris
 et sorori uestre, id est tantūmodo illis qui ueri sunt Iſrahelitæ: his qui nō in ritus gentium
 transferūt, uel qui ritus gentiū et culturā idolorū deseruerūt. Illos agnoscite fratres, et illorū
 ecclesiā agnoscite sororē uestrā, et illos fratres appellate populū meū, et illam sororē uestrā
 nuncupate misericordiā cōsecutam. Porro de fratribus uestris qui sunt cognati uestri secū-
 dū carnē, et de sorore uestra carnea synagoga tristitiā incōsolabilē ne habeatis, qđ dixerim
 ego fratribus illis, nō populus meus uos, et sorori illi, nō cōsecuta misericordiā: sed tristitiā,
 quam uobis magnā esse dicitis, et dolorē qui cordi uestro cōtinuus est, cōsolamini bona re-
 cōpensatione, quia si fratres uestri secundū carnē iā non sunt populus meus, et si soror uestra
 carnea nō est misericordiā cōsecuta: ecōtra qđ nō erat plebs mea, nūc uocata est plebs mea:
 et qđ nō erat misericordiā cōsecuta, nūc uocatur misericordiā cōsecuta. Deniq; et hūc uerū
 culū, dicite fratribus uestris populus meus, et sorori uestræ, misericordiā cōsecuta: p̄tinete
 ad uocationē gentiū ap̄lus innuit, qui nō solūmodo p̄cedentē uerūculū pro testimonio sum-
 p̄sit, et erit in loco ubi dictū est eis, nō populus meus uos, ibi uocabūtur filij dei uiuētis: ue-
 etiā sensum huius p̄misit dicēdo, uocabo nō plebē meā, plebē meā, et nō misericordiā cōse-
 cutā, misericordiā cōsecutā. Sequitur. **Judicate matrē uestrā iudicate, quoniā ipsa nō**
uox mea, & ego non uir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria
sua de medio uerberū suorū, ne forte expoliet eā nudā, & statuat secundū diē natiuita-
tis suæ. **¶** Iam supra diximus in manu prophetæ huius assimilātū esse dñm, id est prophe-
 tā semel et iterū, et tertio accedentē ad mulierē fornicariā, sicut iā dictū est, et deinde adhuc
 iussum diligere mulierē dilectā amico et adulterā, ad quod nondū puentū est, locus enī hic

Roma. 3. 10.
Rom 2. 5

Coloss. 3

Matth. 24

3. Regū. 12.

CAP. II.

Roma. 9

B adhuc

COMMENTA RUPER ABBA LIB. I.

adhuc inferius est, similitudinē gerere dñi, qui ad gentē illā semel & itez ac tertio accessit. Primo testamentū suū cōfirmādo cū Abrahā, deinde dādo legē in mōte Syna, deinde mit-
tendo prophetas, deinde carnē assumēdo ex ipsa. Sed & hoc dictū est, qā cū prius fuisset q̄si
mulier una, id est gens una, facta diuisione & decē tribubus à domo Dauid recedētibus, iā
duæ mulieres habentur, quæ & in prophetis ambæ super fornicationis scelere arguūtur, di-
citurq; altera Oolla, q̄ est Samaria: Altera Ooliba, q̄ est Hierusalē. Apud Oollā propheta
iste prophetauit, eratq; de tribu Isachar. Ergo Oolla, secundum carnem mater huius erat,
sicut Amos, & sicut Abdia, multorumq; aliorum, qui sub eisdē temporibus prophetaue-
runt. Porro prophetātib; illis, mater illa nihilominus fornicata est, nec cessauit à fornicati-
onibus suis, nullus em̄ omnino ex regibus eius recessit à peccatis Hieroboā. Igitur iā pacta
similitudine, q̄ administrata est in p̄sona prophetæ, palā arguitur Oolla, id est tota gens de-
cē tribuū siue metropolis Samaria. Iudicate (inqt) matrē uestrā, iudicate. O uos (inqt) pro-
phete, o uos omnis Israhel, id est semē dei, qd in hoc meo decreto reprehēditis, quid in hac
mea sentētia titubatis? An, qā mater uestra est domus Israhel, sup quā locutus sum, qā non
addā ultra misereri ei, sed obliuione obliuiscar eoz; domui autē Iuda miserebor, uos offendis-
mini & iudiciū hoc cōuertit cupitis? Ecce uos ipsi causas appēdite, uos ipsi iudicate, utrū ali-
ter debeat fieri. Vultis uos, uult ipsa ut addā misereri illi? Ecce prestō sum, dūmodo unū fa-
ciar. Quid illud est? Auferat fornicationes suas, id est fornicari desinat. At illa hoc nō audit
fornicari nō desinit. Asserte si qd habetis, proponite quippiā pro illa, in quo possit iustifica-
ri aut defendi. Ex quo, agēte Hieroboā, me uirū legitimū cōtempserit, & uuluis aureis succu-
buit. Nunqd fornicari desijt? Quo tēpore aut quo sub rege quieuit? Nimirū nō ita soror ei⁹
Ooliba pseueranter fornicata est, nō (inquā) soror eius domus Iuda pseueranter insaniuit,
quāuis multū ad tēpus insanierit. Diebus Ezechie, diebus Iosie, & nōnunq; sub alijs quoq;
regibus fornicatiōes suas abstulit. Iudicate igitur, utrū huic ita, ut sorori eius: iā dictæ domui
Iudæ, debeā misereri, & ita hāc liberare ab Assyrijs, sicut captiuitatē illius de Babylone re-
uocare decreui. Hanc ipsam ppēdite causam inter eandē matrē uestrā & locū illū, de q̄ dixi,
& erit in loco ubi dicitur eis, nō populus meus uos, dicitur eis, filij dei uiuētis. Deniq; locus
ille gentilitas est, & illa auferet fornicatiōes suas: uestra autē mater non abstulit, nec auferre
uult fornicatiōes suas. Itaq; & i hoc illā iudicate, & iuste iudicate, qā cū suis fornicatiōibus
nō debet in domo mea pmanere, & ecōtra q̄ fornicatiōes suas dimittit, nō est cur à me de-
beat repelli, cū ego nō tantū Israhelis & Iudæ, sed etiam cæteraz; gentiū æque creator sim.
¶ Notandū, quāta cū circūsp̄ctione fornicatiōes auferri p̄cepit, secundū p̄sonā uel gestus
mulieris fornicatricis, dicēdo, auferat fornicatiōes suas à facie sua, & adulteria sua de medio
uberz; suoz;: Faciē pro oculis, mediū uberz; pro corde posuit. In medio nāq; uberz; locus cor-
dis est. Vnde & in canticis casta sponsa dicit. Fasciculus mirrhæ dilectus meus mihi, inter
ubera mea cōm orabitur. Duobus istis scilicet corde & oculis inundatio fornicationis hau-
ritur, & deinde corpus incōtinēs ad actū libidinis uelut magno torrentis impetu ppellitur.
Primū per oculoꝝ uel uisus ceteroz; sensuū, qui oēs in facie sunt, fenestras mors ingredi-
tur, & captiuata mente fornicatio, siue adulteriū consequēter actu pagitur. Potest autē p̄fa-
ciem fornicatio corporalis, & per adulteriū qd in medio uberz; eius esse dicit, spiritualis cor-
ruptio recte intelligi: quia uidelicet utroq; modo gens illa peccasse redarguitur in scriptu-
ris. Exempli gratia. In uno eodemq; peccato Beelphegor, & spiritualiter à deo fornicatus
est Israhel, & corporaliter cum filiabus Madianitarū cōmixtus est. Ille em̄ uocauerūt eos
ad sacrificia sua, & initiati sunt Beelphegor, & comederūt sacrificia mortuoz;. Ne forte in-
qt expoliē eā nudā, & statuā eā secūdū diē natiuitatis suę, & ponā eā q̄si solit udinē, & statuā
eā uelut terrā inuiā, & interficiā eā siti. Nimirū hoc idem est, ac si dicat. Ne faciā qd locutus
sum, ne adipleā filioꝝ & filię, q̄s mulier fornicaria Gomer filia Debellaim in p̄scripta uisio-
ne peperit, p̄pheticū p̄sagiū. ¶ Sed nūqd fixū nō ē, & infectū eē potest qd locutus sum di-
cens, & quiescere faciā regnū dom⁹ Israhel, & nō addā ultra misereri domui Israhel, & uos
nō populus meus & ego nō ero uester deus? Quid ergo sibi uult qd itez reuocat dicēs: aufe-
rat fornicatiōes suas, addensq; ne forte faciā ei hęc uel illa q̄ locutus sum? Huic nō dissimū-
le est, qd cū data iā esset sentētia sup Nabuchodonosor regē, ita ut diceret Daniel. Hęc est
inter

Ezech. 23

Cant. j.

Num. 25.
Psalm. 109.

Questio de p̄
destinatione
dei.

Danic. 4

IN OSEE PROPHE. CAP. II. MOSES VIII.

interpretatio sententiæ altissimi, q̄ uenit sup̄ dñm meū regē, cñciēt te ab hoībus, & cū bestiis
ferisq; erit habitatio tua, &c. ait idē Daniel. Quāobrē rex cōsiliū meū placeat tibi, & pecca
ta tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū, forsitan ignoscat deus
delictis tuis. Quid p̄ hęc animaduertere debemus, nisi q̄a in arbitrio n̄o est, utrū sniam suā
suspēdere debeat, aut nō debeat deus? Nō em̄ aut deo mala n̄a imputare, aut fata nobis do
minari (qd̄ demētissimū & impiū est) putare debemus. i. non q̄a deus hoc p̄sciuit aut p̄dixit:
iccirco uenit malū hoc, aut illud, sed q̄a malū futurū uel faciendū erat: iccirco & p̄sciuit &
sniam sup̄ illud p̄fixit deus. Si igitur q̄ras quare sniam irreuocabilē p̄fixit deus, r̄ndendum,
q̄a malitiā incorrigibilē p̄uidit deus. Itē si q̄ras, q̄re post datā sniam de correctiōe cōsulit de
R̄ndendū, q̄a ut experimēto sciamus incorrigibiles eē: iccirco, q̄ q̄ nō reuersuros, expectat
& p̄ multā patiētīā illos ad p̄nitentiā inuitat deus. Igitur undiq; circūspectus, & oculis pro
uidētiē plenus, sermo propheticus sic loquitur. Auferat fornicatiōes suas à facie sua, & ad
ulteria sua de medio ubez suoz, ne forte expoliē eā nudā. ¶ Quare aut nō dixit, ne expoliē,
& denudē eā: sed ne expoliē (inq̄t) eā nudā? Aut quō expoliari p̄t, si iā nuda est? Potest qd̄
sic intelligi dictū, ne expoliē nudā, ac si diceretur, ne expoliādo faciā nudā. Verūtāmē sic me
lius placet sentiri, q̄ iā nuda sit, & adhuc habeat quo possit expoliari. Est em̄ nuditas du
plex siue gemina, altera uisibilis, altera inuisibilis. Deniq; nuditas inuisibilis est, dū nudatur
anima intus, gloria uel gratia dei, secundū quā scriptura sancta de eadē gente dicit, Videns
Moses populū q̄ esset nudus, spoliauerat em̄ eū Aaron propter ignominiā sordis, & inter
hostes nudū cōstituerat. Dixit em̄ hoc propterea, q̄a fecerāt & adorauerāt uitulū. Et sicut
psalmus dicit, Immutauerūt gloriā suā in similitudinē uituli comedētis scenum. Nā iccirco
spoliati erāt dei auxilio, imō & proinde dixit deus, ut disperderet eos, si nō idē Moses stetit
pro illis in cōspectu eius, corde cōfracto & cōtrito. Nuditas uisibilis est, q̄n exterior q̄q; tol
litur ornatus, exterior felicitas, qualis inter cætera maxime extitit gēti illi ciuitatis Hieroso
limæ, & templi, qd̄ in ea condidit Salōmon, quādā singularis gloria. Nimirū cū propheta
hic ista loqueret, nuda iā erat Samaria siue decē tribus nuditate illa, de qua (ut iā dictū est)
scriptura dixit. Videns Moses populū q̄ esset nudus, &c. Hoc em̄ tūc factū & dictū est, p̄
pter scelus unius uituli cōstatilis. Hic aut regnabat peccatū Hieroboā sup̄ eos in duobus ui
tulis aureis. Et q̄a taliter fornicaria gens semetipsam nudauerat auxilio uel gratia dei, profe
cto merebat spoliari etiā uisibilibus & tēporalibus bonis, id est cūctis terræ illius opibus, q̄s
tōtulerat illi deus, prior & legitimus uir. Ait ergo. Ne forte expoliē eā nudā. Ac si dicat:
Ne forte auferā illi cultū gloriæ tēporalis atq; uisibilis, ut in oculis hoīm expoliata sit, quos
solos erubescere nouit, propterea q̄a iā nuda est in oculis meis, & illā nuditatē nō erubescit
Addiditq; cōtinuo. Et statuā eā secundū diē natiuitatis suæ, et ponā eā quasi solitudinē, et
statuā eā uelut terrā inuiam, et interficiā sit. Quis fuit dies natiuitatis fornicariæ illius? Ni
mirū dies uel tēpus q̄n in Aegyptū descēderunt patres eius, et peregrini facti sunt in terra
nō sua, ab ea q̄ illis promissa fuerat, filij Iacob propter scelus i fratre suū Ioseph, quē uēdide
runt. Nā iccirco et famē uocauit deus sup̄ terrā, q̄a Ioseph ab illis in seruū uenūdatus est, et
iccirco in Aegyptū descēdētes peregrini facti, et iuste, iudice deo pmittente, seruituti sub
acti sunt. Ibi nata est ista fornicaria mulier, quia ibi germinantibus et multiplicatis filijs Is
rahel, gens de paucissimis hominibus facta est. Et qualis ista, de qua nunc agitur, ibi nata
est: Vtq; nuda nuditate utraq; de qua iam dictū est. Nam quod bonis exterioribus et om
ni felicitate terrena, tunc in illo exortu suo nuda fuerit, fere nemo nescit. Neq; enim aut re
gnū aut principatum aliquem tunc habebat, nec in aliquo seculi huius honore gloriari pote
rat, quādo sub flagellis & uerberibus in luto et latere talibus et tot dominis illudentibus ser
uiebat. Porrò quod gloria quoq; dei patrum suoz nuda fuerit, in eisdem natalib⁹ suis quis
nescit? Seruiebat em̄ dñs quoq; monstruosis dominoz suoz et Aegyptiorum, iuxta illud
propheticū Ezechielis testimonium. Fili hominis, duæ mulieres filia matris unius fuerūt,
et fornicatæ sunt in Aegypto, in adulescentia sua fornicatæ sunt ibi, ibi subacta sunt ubera
earum, et fractæ sunt mammae pubertatis earum. Nomina autem earum Oolla maior et
Ooliba foror eius. Et habui eas, et pepererunt filios et filias, et reliqua. Igitur secundū diem
natiuitatis suæ statuam illam, cum dicit, quid subaudiendū est, nisi (ut iam præmiserat) nu
dam et

Duplex
nuditas.

Exodi. 32

Psal. 109

Nuditas filis
orum Israhel
in Aegypto.

Ezech. 23

dam & expoliatam, nudam à gloria tuius dei, expoliatam à rebus uel honore regni, omnisq; potentia temporalis, sicut erat quando in Aegypto seruiuit. Et nota quàm proprie subiunxerit adhuc, & ponam eam quasi solitudinē: & statuam eam uelut terram inuiam, & interficiam eam siti. Nō dixit, & ducam eam per solitudinē & per terram inuiam, quod fecit tunc post diem natiuitatis eius, quando eduxit illam de terra Aegypti, sed ipsam ponam (inquit) quasi solitudinē, & ipsam statuam quasi terrā inuiam, ut ipsa solitudo & terra deserta siue inuia sit: Deserta à deo, inuia & solitaria scilicet & omni destituta sanctorū angelorū frequentia, & Michaelis quondā principis sui perugili prae sidio. Item nō dixit, & fatigabo eā siti, quod itidem tunc factū est, quando post eundem diem natiuitatis eduxit illam de terra Aegypti, sed interficiam eam (inquit) siti, ut iam non bibat de petra, quæ uirga crucis percussa est, cuius in typū tunc illi aquas largissimas fudit petra inanimata. ¶ Addidit adhuc,

In filios dāna
tio materna,

¶ Et filiorum illius non miserebor, quoniam filij fornicationum sunt. ¶ Filij à matre hoc differunt, quo ab inuenteore maliciae imitatorē eius differre perspicuū est. Nam sicut in boenam partē mater est anima, quæcunq; ex spiritu dei uerbū ueritatis concipit: Filius autem uel filia quæ ex ore illius, audiendo uerbū doctrinæ proficit. Sic in malā partē anima quælibet malorū adinuentrix mater, & qui ab illa decipitur, filius est. Ergo in populo illo fornicaria mater synagoga est, & qui ab ipsa decipiuntur, populares filij sunt. Quamuis autē plus damnationis sit matri eiusmodi q̄ filijs, tamen quia parum distat in uitio decipere & decipi posse, recte & in filios effunditur materna damnatio, dū dicit, & filiorū eius non miserebor.

Sapient. 12.

¶ Quare? Quoniam filij (inquit) fornicationū sunt. Quod idem est ac si dicat, quoniam & ipsi incorrigibiles siue immutabiles sunt. Nam de talibus sapientia loquens, cū dixisset: sed paratibus iudicās dadas locū pœnitentiæ. Continuo subiunxit, Non ignorās quomodo iniqua est natura eorum, & naturalis malitia ipsorū, & quod non possit mutari cogitatio illorum in perpetuū, Semen em̄ erat maledictū ab initio. Totum hoc exprimitur hic breuiter per hoc dictū, quoniam filij fornicationū sunt, ut uidelicet subaudias quod iniqua natio eorū, & naturalis malitia ipsorū, & quod non possit mutari cogitatio ipsorū in perpetuū, & quod ipsi æque, ut Amorrhæi & Ethei semen maledicti sunt. Nec uero huiusmodi dictis culpatur natura quā deus creauit, sed uehementissime redarguitur abusus naturæ, eo q̄ accidens malitia per cōsuetudinē in naturā uersa sit. Iusta ergo ratione sententiā defendit, qua dixerat, & filiorū eius nō miserebor, dicendo, quoniam filij fornicationū sunt. Nihilominus & eandē rationē cōfirmat sermo dei cōcertator insuperabilis, subiungēdo. ¶ Quia fornicata est mater eorum. ¶ Meminisse nāq; debemus, quia præsens locus iudicatio est inter fornicariā & amatore eius quondā deū, ab eo quod ait, Iudicate matrem uestrā iudicate. Dederat nāq; illi optinē siue libere arbitriū, dicēdo: Auferat fornicatiōes suas, subauditur, si uelit mutari iniam, qua dixi, quoniam ipsa nō uxor mea, & ego nō uir eius. At illa pertinaciter pseuerat in fornicationibus suis, & adulteria diligit. Sequitur ergo. ¶ Et confusa est quæ concepit eos, quia dixit. ¶ Adam post amatores meos, qui dant panes mibi, & aquas meas, lanam meā & linū meū, oleum meū, & potū meum. ¶ Confusa est (inquit) quæ cōcepit eos, uidelicet quō cōfundi solet qui cōuincitur & causā cadit in iudicio, nō habēs quod cōtra iudices siue accusatores possit mutire, manifesto atq; inexcusabili cōuictus crimine. Ego em̄ mittens prophetas meos, dicebā illis, sicut & nūc dico: auferat fornicatiōes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uerberū suorū, i. cesset colere uitulos aureos, & facere sibi Baal. Illa autē dixit & nūc usq; pseueranter dicit, nequaq; sed uadā post amatores meos. Nec uero solūmodo uerbis hoc dixit, uerū etiā factis dicta sua defendit, eosdē occidēdo prophetas: Vnde & fugitans cōquereretur Helias. Dñe altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderūt gladio & derelictus sum ego solus, & quærūt animā meā. Taliter dixit: Vadā post amatores meos dæmones, quos in idolis colit, humani generis inimicos stultissimo errore uocās amatores suos, me cōtemnēs deū uestrū, uerūq; amicū: quō si cōtemnat mulier amatore suū. Quō autē dixit, uel quā dicere cœpit, qui dant panes mibi & aquas meas, lanā meā, & linū meū, & oleū meū, & potū meū: Nimirū quā ascendēs de terra Aegypti, tā cito recessit de uia dñi, fecitq; sibi uitulū cōstatilē & adorauit, atq; immolās dixit. Isti sunt dñi tui Israhel, qui te duxerunt de terra Aegypti, tūc dicere cœpit de falsis amatoribus suis, qui darent panes suos & aquas suas sibi &

3. Reg. 19

Exod. 32

sibi, & mentita est. Non enim illi, sed deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob panes de celo
 lo pluebat illis, & aquas fundebat de petra per manum Moysi. Item, & quādo uirtulos aureos
 os sibi inuituit, mentita est, quia dixit prae loquente Hieroboam, quem, relicta domo
 Dauid, in adulterio secuta est. Ecce dñi tui Iſrahel qui eduxerunt te de terra Aegypti. Pro
 fecto cū diceret, qui te eduxerunt de terra Aegypti, simul etiam astruebat, quod ab illis ac
 cepisset, oīa quae cūq; possidere uel obtinere potuit, ex quo ascēdit de terra Aegypti. Quae
 oīa hic, methaphorā mulieris superius cōceptam seruando, sermo propheticus cōgrue satis
 exprimit, sic illā depingens applaudere sibi, q dant panes mihi, & aquas meas, lanā meā, &
 linū meū, oleū meū, & potū meū. Lana quippe & linū materialia sunt instrumēta oīs mulie
 bris opificij. Oleū autē & potus, res simul, & noīa sunt uoluptatis. Porrò panes & aquae sunt
 necessitatis, qā sine illis humanae naturae infirmitas nō subsistit. In oībus his fornicaria men
 dax esse cōuincitur, qā nō uirtuli illi, nō Baal, quē Iezabel intulit, sed deus unus & uerus hāc
 illi cōtulit, ut prouocata beneficij diligere eū, cunctis abominationibus deoꝝ alienorum
 derelictis, sicut scriptū est. Et dedit illis regiones gentiū, & labores populorū possederūt. Ut
 custodiant iustificationes eius, & legē eius requirant. Sequitur. Propter hoc ecce ego se
 piam uiam tuā spinis, & sepiam eā maceria, & uias suas non inueniet, & sequetur a
 matores suos, & non apprehendet eos, & queret eos, & non inueniet. Et dicet. Glā
 dam, & reuertar ad uirū meū priorē, quia bene mihi erat tunc magis q̄ nunc. Nota
 tanta diligēter digressio ueracis & iustae inuectionis. Necdū em̄ cōceptā culpae eius inuecti
 onē asperrimā finierat, & tā cito quādā promissionis qualiscūq; suauitate repēte inferit, ma
 xime cū ita dicit. Et dicet. Vadā & reuertar ad uirū meū priorē, qā bene mihi erat tunc ma
 gis q̄ nūc. Nā & si ad talia, q̄lia nūc loquebat, qā filij fornicationū sunt, qā fornicata est ma
 ter eoꝝ, &c. sic impatientes fuere reges & principes ipsius populi, ut plerorūq; occiderent ex
 prophetis: attamē talia patientius audire potuerūt, quale istud est, in q̄ ad deū suū filij Iſrahel
 reuersuri fore f̄dicunt. Deniq; hoc suauitatis tēperamēto breuiter interposito, cōfestim illā
 quā cōceperat accusationē, prosequit & dicit. **L** Et hec nesciuit qz ego dedi ei frumentū
 & uinū, & oleū, & argentū multiplicauit ei, & aurū quē fecerūt Baal. Itcirco conuer
 tar & sumā frumentū meū in tpe suo, & uinū meū in tpe suo, & liberabo lanā meā, & li
 nū meū, que operiebant ignominia eius. Et nunc reuelabo stultitiā eius in oculis
 amatoꝝ eius, & uir non eruet eā de manu mea. Et cessare faciā omne gaudij eius,
 solemnitatē eius, neomentā eius, sabbatū eius, & omnia festa, tpa eius. Et corūpā
 uineā eius & ficū eius, de quibus dixit. **M**ercedes hē mee sunt, quales dederūt mi
 hi amatores mei. Et ponā eā in saltū, & comedant eā bestia agri, & uolucres coeli,
 & reptilia terre. Et uisitabo super eā dies Baalim, quibus incendebat incensum &
 ornabant in aure sua & monili suo & ibat post amatores suos, & mei obliuiscēbatur,
 dicit dñs. **T**otū hoc cursu cōtinuo hic p̄scripsimus, ut id qd sequitur suo itidē sensui cō
 pulemus. Nā sicut hāc q̄ dicta sunt, & hāc nesciuit: qā ego dedi ei frumentū & uinū, &c.
 prioribus illis p̄ cōstructionē cōiungēda sunt: qā dixit, uadā post amatores meos, q dant pa
 nes mihi & aquas meas, lanā meā, & linū meū, oleū meū, & potū meū: Sic nihilominus di
 ctis illis, & dicit, uadā & reuertar ad uirū meū priorē, qā bene erat mihi tūc magis q̄ nunc,
 ista q̄ sequūtur in cōstructione cōiungēda sunt. **P**ropter hoc ecce ego lactabo eā, &
 ducā eā in solitudinē, & loquar ad cor eius, & dabo uirtutes ei: ex eodē loco, & ual
 le Achor ad aperiendā spem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suae, & iuxta dies
 ascensionis suae de terra Aegypti. Et erit in illo die, dicit dominus, uocabit me uir
 meus, & non uocabit me uir a Baalim, &c. **N**eq; em̄ propterea, qā Baal incēdebat in
 censum, & illa ornabat in aure sua & monili suo, & ibat post amatores suos: & dñi obliuiscē
 batur, remunerāda erat, ut dicit dñs, Propter hoc ecce ego lactabo eā et ducā eā in solitu
 dinē, et loquar ad cor eius, &c. Sed propterea, qā quae rēdo amatores suos et nō inueniendo
 eos, dictura erat id qd supius dictū est: Vadā et reuertar ad uirū meū priorē, qā bene mihi
 tūc erat magis q̄ nūc. Lactanda erat spū gr̄ae, et inūdationis misericordiae. Sic sermo diuinus me
 dicinā potēs experiētissimus, uoces suas ponderatas atq; ad mensurā libratas dispēsat, ama
 ra dulcibus, et amaris dulcia pmiscens, offensionē labioꝝ infantiliū & gutturis impatientis

3. Reg. 12

Psalm. 104

Artificij di
 uini sermone

fugit atq; deuitat; quatenus medicamentū quocūq; modo tēperatū penitus infundat, atque intrinsecus in summa autoritate cōtineat sancta scriptura, ipūs sanctus obtineat. Nec uero quasi adulādo id efficit, nec eidē generatiōi, quā filios fornicationū appellauerat, laetationē secretarū allocutiōis, & desponsationē fidei promittit, sed cū uera discretiōe & discreta ueritate procedēs sermo propheticus, in una eadēq; gente, & illos qbus amara, & illos p spicit qbus dulcia iure propinētur. Nā una eadēq; gens siue synagoga aut certe ecclia, in se metipsa cōtinet bonos & malos, id est, & eos q ueraciter corpus Chri dicātur & sint, & eos q propter simulationē corpus eiusdē dicātur, cū nō sint. Hinc est illa de septē regulis Tyconī secūda, de corpore dñi pmixto, siue de corpore dñi simulato & uero: & hæc in isto loco plurimū ualeat, ut discernas & discrete intelligas, esse in una eadēq; gente siue ecclia, & eos qbus dulcissime cōsolatio græ suauiter offerat, et eos qbus propter impcēnitens cor, ita et tribulatio promittat. Et q; sapientiā prophetiā digne admiret in eo, qd sicut boni et reprobi pmixti sunt et nūc discerni nō ualēt, ita uoces suas pmiscet et moderat, et cōprehēdi uel deprehēdi nō p̄t, quas hoīm psonas iustificet atq; cōdemnet. Mirent ergo seculares seculariū rhetorū artificiosas cōpositiōes, affectatas ad captandā hoīm beniuolentiā: Ecclesiastici et spūales uerā et discretā sanctorū mirent eloquentiā, p q; deus locutus est. His breuiter dictis pro cōtinuatione lfræ, iā nūc eadē dicta prophetica repetētes, diligētius singula pcurramus. Propter hoc (inqt) ecce ego sepiā uia tuā spinis, et sepiā eā maceria, et semitas suas nō inueniet. Via uel semita dicētis, Vadā post amatores meos, q dant panes meos et aquas meas, ad infernū deducūt. Quæ nimis si planē sint, et absq; offendiculis, ita ut prosperet prosperitate tēporali aia, q se se à creatore suo auertit, uix aut nunq; reuocari p̄t, uel audire uocem post tergū monētis. Si aut aduersa occurrerint, et tribulatio uel angustia tēporalis currentē cōprehēderit, tūc reminiscitur (ut sæpe factū est) dñi dei sui, sicut de ipsis filijs Israhel, contra q; maxime hic propheticus sermo dirigitur, scriptū est, primū in Aegypto, qā igemiscētes propter opa, uociferati sunt: ascēditq; clamor eorū ad dñm pro opibus, et audiuit gemitū eorū. Deinde et in libro Iudicū p sepe scriptū est, qā cū dereliquissent dñm, et propter hoc tradidisset illos in manus gentiū, clamauerūt ad dñm, et sæpe liberauit eos. Igitur qd nunc ait. Ecce ego sepiā uia tuā spinis, et sepiā eā maceria, magnæ est miseratiōis, nā si nō id faceret, tūc potius iratus et miseratiōis suarū oblitus esset deus, quā admodū Psalmista cū dixisset. Et acerbauit dñm peccator, cōtinuo subiūxit secūdū multitudinē iræ suæ non quæret. Spinæ nāq; aduersitatis utiliter cōpungūt atq; lacerāt pedē ad mala currētis et inhiantis delictijs pnciosis, ut saltē spinarū taliū punitione, talisq; maceriae offensionē cōmonita rationalis aia, dicat. Vadā, et reuertar ad uirū meū priorē, qā bene mihi erat tūc magis q nūc, id est, seruiā deo uiuo et uero, et non superbiæ hoīm, uel malignorū spiritiū, qā etiā in p̄senti uita multo suauius est portare iugū dñi, q seruū uel ancillā fieri hoīm. Hoc aliqui ex gente illa fecerunt, hoc recogitauerūt, & sic ad cor suū reuersi, portas æternæ mortis, qbus appropinq; uerant, refugerūt. ¶ Notandū deinde, q sapienter sermo diuinus mendaciū illud redarguat dicentis de amatoribus suis, q dant panes mihi & aquas meas, lanā meā, & linū meū, oleum meū, & potū meū. Ait em̄. Et hæc nesciuit qā dedi ei frumentū, & uinū, & oleū, & argētū multiplicauit ei, & aurū, quæ fecerūt Baal. Nesciuit quod nescire nō debuerat, qā uidelicet nō ut cæteræ gentes, sic Israhelitica gens opulenta facta est. Aliæ nāq; à progenitoribus suis potentibus seculi adquisitas uel possessas hæreditario iure obtinuerūt terras: Hæc autē gens de peregrinis & aduenis patribus nata est. Peregrinus erat Abraham, peregrinus Isaac, peregrinus Iacob, pertrāseuntes de gente in gentē, & de regno ad populū alterū, & nullā p̄ priā terrā habuerunt. Expectabant em̄ fundamenta habentē ciuitatē (ut ait ap̄tus) cuius artifex & conditor est deus. Et quidē fides illoꝝ hoc emeruit, ut illud quoq; quod non quærebant, scilicet terras uel regiones gentiū, ipsis & semini ipsorū repromitteret deus. At illi, q protinus ex ipsis orti sunt, uidelicet filij Iacob, eadē promissione sese indignos effecerūt, uen dēdo fratrem suū Ioseph. Nā iccirco pegrini facti sunt, & in Aegypto seruiērūt. Sed & in deserto, per quod ducebat eos, immeritos gratia liberatoris, uerum sese indignos eadem promissione fecerunt, ita ut diceret dominus ad Moſen. Cerno q; populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciām̄q; te in gentem magnam

Boni & mali
in ecclesia
permixti

Spinæ tribus
lationū, reme
dia reuertēdi
ad deum.

Exodi. 2

Iud. 3.

Pſalm. 9

Vnde Iudæis
olim diuitiæ.

Pſalm. 104
Hebr. 11

Gene. 37

Exodi. 32

gnam. Ita qui nullā terram ex possessione paterna hæreditabant, ipsam quoq; quam diuina largitas propter fidem patrum illis promiserat, terrā non consequi meruerant, nisi deus propter gloriam & ueritatē suam confirmādam, cumq; patribus eorū meritam illis suspensisset iram, & exhibuisset misericordiam, eodem Mose suggerente illi in contractione, id est, nimia humilitate cordis. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob seruorū tuorum, quibus iurasti per te ipsum, dicēs. Multiplicabo semē uestrū sicut stellas cœli, & uniuersam terrā hanc, de qua locutus sum, dabo semini uestro & possidebitis eā semper. Hoc ista nesciuit, septem autem mulieres optime sciunt, quæ in Esaia dicuntur. Panē nostrum comedemus, & uestimentis nostris operiemur, tantūmodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer op̄ probrium nostrum. Hoc nāq; omnes dicunt ecclesiæ gētium in suggillationem meretricis huius, quæ nec panem, quē comederet; nec uestimenta, quibus operiretur, habuit: sed sub conditione accepit, ut inuocaret nomē domini: quemadmodū Psalmista dicit. Et dedit illis regiones gentium, & labores populorū possederunt, ut custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Nos (inquiunt istæ) tale nihil ex te pro mercede quærimus, ut propter euangelium uel fidē tuam suscipiendam, terras uel regiones alienas nobis cōferas: sed panem nostrū comedemus, & uestimentis nostris operiemur, quæ ante notitiam tui nominis habemus, imō & tibi, & his, qui nomē tuum prædicant, panem nostrū, & uestimēta nostra libenter impartiemur, tantūmodo dignare dici, & esse deus noster, & opprobriū uitæ uel conuersationis pristinæ nobis aufer, ut non simus absq; uiro, & nō simus sicut hæc enus eramus sine deo in hoc mūdo. Dicat ergo. Et hæc nesciuit, id est, scire, aut reminiscinōluit, quia ego dedi ei frumentū, & uinū, & oleū, uidelicet dando terrā frumenti, & uini, & olei feracē, & argentū multiplicauī ei, & aurū: maxime in diebus Salomonis, de quo scriptura refert. Non erat argentū, nec alicuius precij putabam in diebus Salomonis, quæ classis regis per mare cū classe Hyrā semel per tres annos ibat in Tharhis, deferēs inde aurū & argentū, dentes elephantorū, & symias, & pauos. Porro, ex illa auri abundātia fecit Samaria, scindēdo se à domo Dauid, & à domo Salomonis, primū duos uitulos aureos, et deinde Baal. Cū ergo dixisset, et argentū multiplicauī ei, et aurū, pulchre cōtinuo addidit. Quæ fecerūt Baal. O dira ingratitude. De auro, et argēto meo fecerunt mihi cōtraria, uitulos, et Baal, ceteraq; deorū portenta. Idcirco cōuertar, et sumā frumentū meū in tēpore suo, et uinū meū in tēpore suo, et liberabo lanā meā, et linū meū, quæ operiebāt ignominia eius. Conuertar (inquit) et cōuersus abibō, recedā, et derelinquā eā, ut (sicut iā dixi) ipsa nō sit uxor mea, et ego nō sim uir eius. Hoc em̄ pro parte illoꝝ recte dicit, q̄s p̄cēnitentiā nō acturos fuisse p̄sciuit. Nā qd̄ p̄missum est, et sequet amatores suos, et nō apprehēdet eos, et q̄ret eos, et nō inueniet, et dicit: Vadā, et reuertar ad uirū meū priorē. Pro parte illoꝝ dictū est, q̄ reuersi sunt aut reuertētur ad dñm, saltē post experimēta malorū, postq̄ aia per uexationē ad intellectū reducta, illos quos sequebatur, et quærebat uelut amatores, nō apprehēdit, aut inuenit sicut amatores, sed sicut hostes crudelissimos, ut uere sunt, experta est. Cōuertar ergo inquit, id est recedā, et hæc uxor mea iam nō erit. Nec isto cōtentus adhuc, etiā bona tēporalia tollam, quæ illi quasi pro dote prima cōtuli. Hoc em̄ est qd̄ continuo subiungit: Et sumam frumentum meum in tempore suo, et liberabo lanā meam, et linū meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et est sensus. Terrā illi optimam dederā, afferentē frumentū in tēpore suo, et uinū in tēpore suo. Quod utiq; frumentū uel uinū meū est, quia terra ipsa, sicut p̄ Moysen dixi, mea est, uos autē coloni mei estis. Sane hic p̄ frumentū, et uinū, uniuersa uult intelligi, quæ cū q̄ ad uictū p̄tinentia, terra illa proferre potuit. Porro, per lanā, et linū, omnem intelligamus uestitū. Sumā ergo (inquit) frumentū meū, et uinū meū, et liberabo lanā meā, et linū meū, id est, ad paupertatē, et omnimodā uictus, et uestitus inopiā redigā eā, ut sit (sicut supra dictū est) scdm̄ diē natiuitatis suæ, id est, nihil possideat suo iure, sicut qñ nata est, et seruiuit i Aegyptio, nihil, nisi miseræ seruitutis poenā cognoscitur habuisse. ¶ Et notāda diligēter dictiōnis acrimonia, dū dicit, et liberabo lanā meā, et linū meū. Idē em̄ ē, ac si dicat, tātā illā eē p̄ ueritatē, ut rebus q̄q; inaiatis cōdolēdū sit, q̄ seruiāt illi, et magnā eē captiuitatē lanæ, et lini qd̄ uisibus eius famulentur, quæ sit ancilla peccati. Quomō autē, uel qñ hæc operiebāt ignominiam eius? Ut taceamus interim de communi usu, quo passim corpora uiroꝝ ac mulierū

Esaia. 4

Psal. 104

3. Reg. 10

Ingratitudo Iudeorum.

Leuit. 27

Liberabo lanā meā, & linū meum

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. I

tegebantur, quāvis et hoc indignissimū fuerit, qđ pannis adoperiti, quos dederat deus, libi-
 dinibus polluebātur, et simulachris prosternerentur: ut (inquā) de hoc nūc taceamus, in eo qđ
 magnifice lana et linū domini operiebāt ignomiā eius, quod sanctuariū dñi & omnis cultus
 tabernaculi uel sacerdotij eius de lana et lino mirifice cōpositus, secūdum modū quem ipse
 Moysi dictauerat, in sola gente illa tunc habebatur. Nā uestimentoz: quæ fecit Moyses
 fratri suo Aaron, secūdum ordinē uel imperiū dñi dicentis Hæc aut erunt uestimēta in qui-
 bus sanctificatus Aaron ministret mihi Rationale & suphumeralē, tunicā & lineā strictā
 cydarim & baltheū Facies illi et filijs eius ut sacerdotio fungantur mihi, accipiesq; aurum
 et hiacynthū et purpurā coccūq; bistinctū et byssum: horū (inquā) decorē simul et sacramē-
 tū nullus sermo noster explicare sufficit. ¶ Quā illius mulieris, id est Israheliticę ignomiā
 gentis, lana illa et linū illud operiebāt: Nimirū peccata eius actualia, simulq; originale pec-
 catū, quo admisso primi parētes nostri ignomiā suā, id est pūdenda sua, folijs fici operue-
 runt. Illā ignomiā in gente illa, lanea et lineā sacerdotalis cultus ornāmēta operiebāt. No-
 tādū qđ dicitur, qđ operiebāt qđē, sed nō etiā delebāt. Nā tantūmodo sanguine Chri Iesu il-
 la talis ignominia non solū operitur, sed etiā delet et abluitur. Itaq; cū dicit, Et liberabo lanā
 meā et linū meū, qđ operiebāt ignomiā eius, subintelligēdū est, ac scilicet, auferā illi um-
 braticū qđq; sacerdotiū, qđ cōmunis nuditas generis hūani in gēte hac utcūq; tegebat. Nā et
 postmodū dicit illi, Quia tu scientiā reppulisti, repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Ma-
 gna igitur uituperatio sacerdotū eiusmodi, cū dicuntur lana et linū liberari tanq; a seruitute
 ignobili: qbus utiq; magna nobilitas est, quāta p̄t esse rebus inanimatis, adhiberi ad cultū sa-
 cerdotij siue altaris dñi. Sequitur adhuc, **Et nunc reuelabo stultitiā eius in oculis a-**
matōz eius, et uir non eruet eā de manu mea. Et cessare faciā omne gaudiū eius,
solennitatē eius, neomentā eius, sabbatū eius, et omnia festa tpa eius. Liberratis (ut
 iā dictū est) lana et lino dñi, qđ operiebāt ignomiā eius, reuelatur stultitia eius in oculis a-
 matōz eius, ut in oculis ipsoz appareat cōtemptibilis, qbus peruerse cōplacere uoluit: qđ
 captiuitate genti illi ingruente, ita priuatur tēporibus bonis, ut non habeat in qua gaudere
 possit celebrando festiuitates suas, profecto uilis inter gentes apparuit, et insultauerunt ei
 nationes, quarū dñs uelut amatoribus sese impudica prostituit. Nihilominus quod sequit.
Et corumpam uineam eius, et ficum eius, et quibus dixit, Mercedes hęc meę
sunt, quas dederunt mihi amatores mei: et ponā eam in salinū, et comedet eam be-
stia agri, et uolucres cœli, et reptilia terre. Sic factū esse constat, quia nimirū ex quo
 dixit, formatis uitalis aureis, hi sunt dñi tui Israhel, qui eduxerunt te de terra Aegypti: quod
 erat dicere, mercedes hæc meę sunt, quas dederunt mihi amatores mei, nō cessauit cum illis
 fornicari, et propter hoc Assyrioz: atq; Chaldæoz: exercitus ueniēs, omnia terræ illius, de
 uastauit nascentia, quorū ficus & uinea delicatissima sunt & deficientibus habitatoribus, ea
 quæ nascebantur bestię agri uolucres cœli, & reptilia terræ licenter comederunt. Verū
 tamen nondum finis, neq; eim̄ pena impenitentis cōsummanda uel finiēda erat illa tan-
 tū uastitate hostili, sed temporale uindictā comitatur æterna, sicut Moses in cantico Deu-
 teronomij protestatus est. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni no-
 uissima. Sequitur ergo, **Et uisitato super eam dies Baalim, quibus incēdebar in-**
uiscum, et ornabatur in aure sua, et monili suo, et ibat post amatores suos, et mei ob-
liuiscēbatur, dicit dominus. Cū em̄ dicit, & uisitato dies Baalim, id est dies uel solenni-
 tates idolorū. Plurale nāq; est Baalim, deflexū à singulari qđ est Baal: cū (in qđ) uisitato dicit
 subaudiēdū est in die ultionis. Sic em̄ ad Mosē dixerat, qđ primū idolū, i. uitulū cōstatilē
 in deserto pplus sibi fecerat. Ego aut in die ultionis uisitato & hoc peccatū eoz. Quæcūq;
 ex tūc idola pplus ille coluit, simul hic uno significant plurali noie Baalim: qđ uidelicet, tūc
 forduerat Israhel cultu Baal, qđ iste prophetauit, & cōtra illū fere maxia cā erat prophetis,
 qđ propter eū Iezabel prophetas dñi occidit. ¶ Quis aut est ille dies ultionis, nisi idē qđ cre-
 dēdus est dies salutis: Deniq; tēpus uel dies, de qđ ap̄lus dicit: Ecce nūc tēpus acceptabile, ec-
 ce nūc dies salutis: sicut credētib; dies salutis uel propitiatiōis, sic ecōtra nō credētib; est
 dies ultionis, in qđ in Iudæorū pfidiā ulciscitur ipse, de qđ Psalmista dicit. Deus ultionū do-
 min⁹, deus ultionum liberē egit, Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis
 In ista

Exodi. 28

Infra. 4

3. Reg. 17

Deut. 32

Baalim quæ
 cuncta idola.
 Exodi. 32

3. Reg. 18
 Dies ultionis

Psal. 93.

In ista die ultionis uisitantur super gentē illam dies Baalim, uisitatione quā totus orbis no-
 uit, quia & secundū corpus captiui, & secundū animam in tenebras exteriores sunt missi,
 propter dies Baalim, quibus incendebāt incensum patres eorū, quorū iniquitatem sic imi-
 tati sunt, ut merito propter illam subeant damnationis iudiciū. ¶ Porro primū idolum, quod
 post exitū de Aegypto coluerūt, factum est de ornatu inaurium muliebriū, sicut scriptum
 est: Dixitq; ad eos Aaron: Tollite in aures aureas de uxorū, filiorumq; & filiarū uestrarū
 auribus, & afferte ad me, Fecit populus quæ iusserat, deferens in aures ad Aaron. Quas cū
 ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis uitulū cōflatilē. Dixerūtq;: Hi sunt dij
 tui Israhel, quos te eduxerūt de terra Aegypti. Recte igitur cū dixisset, & uisitabo super eā dies
 Baalim, quibus incendebant incensum, statim intulit, & ornabatur in aure sua, & monili suo
 Nam quia primū (ut iam dictum est) de inauribus suis sibi formauit idolum, recte inauribus
 & monilibus suis ad honorem siue cultū Baalim sese ornasse culpatur, ut in omni idolo, quod
 ex tunc coluit, formatura prioris idoli, quod ex inauribus factum est, iudici deo iure ad me-
 moriam reuocetur, ut æmulando dicat, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscetur.
 Sequitur. L. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & lo-
 quar ad cor eius, & dabo ei uinitores ex eodem loco, & uallem Achor ad aperiē-
 dam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis sue, & iuxta dies ascensionis sue de
 terra Aegypti. ¶ Propter hoc (inquit) ecce ego lactabo eam. Præmiserat autem, & uisitabo
 super eam dies Baalim, &c. Num ad unam eandemq; partem sermo respicit, cum illic
 ira, hic autem manifeste sonat gratia? Ergo (ut supra iam dictum est) ad meliorem partem
 sermo recurrit, id est ad eam, quæ saltem malis commonita seipsam & deum suum tandem
 recognoscit, & dicit illud, quod hic idem propheta supra præmisit. Vadā & reuertar ad uis-
 tum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quā nunc. Nam ut hoc manifestius fiat
 capitulum hoc totum hic ponendum est. L. Propter hoc ecce ego lactabo eam, & du-
 cam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, & dabo ei uinitores eius ex eodem
 loco, & uallem Achor ad aperiendam spem. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis sue
 & iuxta dies ascensionis sue de terra Aegypti. Et erit in illo die, ait dominus,
 uocabit me uir meus, & non uocabit me ultra Baalim, & auferam nomina Baalim
 de ore eius, & non recordabitur ultra nominis eorum. Et percutiam eis fœdus in
 die illa cum bestia agri, & cum uolucere cœli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladi-
 um, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo
 te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iudicio & iustitia, & in misericordia,
 & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dominus, & erit in
 die illa, exaudiam dicit dominus, & exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & ter-
 ra exaudiet triticū, & uini, & oleum: & hec exaudient Iezrahel. Et seminabo eā mi-
 hi in terrā, & miserebor eius que fuit absq; misericordia, & dicā populo meo popu-
 lus meus es tu, & ipse dicet, deus meus es tu. ¶ Notanda quippe diligēter, prolixi capi-
 tuli, siue copiosæ huius promissionis clausula tarda, sed discreta. Postquā dixit lactabo eā, du-
 cā eā, loquar ad cor eius, dabo ei uinitores eius, & canet ibi, & uocabit me uir meus, & dein-
 de per apostrophā, & sponsabo te mihi, rursusq; & seminabo eā mihi & miserebor eius, quā
 queret & diceret, quā lactabis, quā duces, cuius ad cor loqueris, cui uinitores dabis, quæ ca-
 net uel quæ te uirū suū uocabit, quā sponsabis tibi, uel quā seminabis tibi, & cuius misereberis?
 Cōtinuo rēdit rēsonē & dicit de prouida, dicēs, quæ fuit absq; misericordia, & dicā nō populo meo
 populus meus es tu. Hoc ita esse ut dicimus, scilicet ad illā ista referri quæ dixit superius, uadā
 & reuertar ad uirū meū priorē, & hanc esse omnē animā, quæ cūq; ad dominū conuertitur
 siue ex Iudæis siue ex Gentibus, Apostolus quoq; testatur. Cū em dixisset, uolens deus o-
 stendere irā, & notā facere potentiā suā, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitū
 ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam, continuo
 subiunxit. Quos & uocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiā ex Gentibus, sicut in Osee di-
 cit. Uocabo non plebē meam, plebē meam: & nō misericordiā cōsecutam, misericordiam
 consecutam. ¶ Interea & hoc notandum, quia nō dixit, & miserebor eius, quæ est absq; mi-
 sericordia, sed quæ fuit absq; misericordia, Absq; misericordia nunc est gens Israhelica,
 & iccig

Exodi. 32

Roma. 9

Quæ gēs absq;
misericordiā
dicitur.

& Iecirco (sicut superius dictum est) ex quo in captiuitate ducta sunt decē tribus à rege
 Assyriorū Salmanassar. Propter hoc sic superius dictū est. Et concepit adhuc & peperit
 liam. Et dixit ei. Voca nomen eius absq; misericordia, quia non addā ultra misereri domui
 Irahel, &c. Proinde & reliqua tribus Iuda nunc est absq; misericordia, quia Iudaei Romanorū
 gladijs concisi, & in omnes gentes ducti captiui, palā est quia absq; misericordia sunt.
 Porro gentilitas absq; misericordia fuit, nunc autē absq; misericordia non est, dicēte deo
 in hac prophetia. Et miserebor eius, quae fuit absq; misericordia. Hinc idem qui supra dicit
 Apostolus. Sicut enim aliquando & uos nō credidistis deo. Nunc autē misericordiā consecu-
 ti estis propter illorū incredulitatē, ita & isti nunc nō crediderunt in uestra misericordia ut
 & ipsi misericordiā cōsequantur. Igitur (ut supra iam dictū est) non ad contigua scripturā
 dicta, in quibus manifeste ira sonat, referendū est id quod ait. Ecce ego lactabo, &c. sed ad
 superiora, ubi pars bona, pars electa rediens ad cor suū. Vadā (inquit) & reuertar ad uirum
 meū priorem, quia bene mihi erat tūc magis q̄ nunc. ¶ Dicamus itaq; imō quāramus, qd
 sit lactari eam, & duci in solitudinem, & loqui ad cor eius, & dari ei uinitores eius ex eodē
 loco, & cetera quae sequuntur. Propter hoc inquit, Ecce ego lactabo eā. Lactari est dulciter
 foueri, & propter imbecillitatē ad infantiles delicias reduci. Hoc omnino reprehensibile est
 in illis qui ex Iudaeis sunt cōuersi. Nā illis loquēs ap̄lus, dicit: Etenim cū deberetis magistrū
 esse propter tēpus, rursus indigetis ut uos doceamini q̄ sint elementa exordij sermonū dei,
 & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Ois enim q̄ lactis est particeps, expers est ser-
 monis iustitiā. Paruulus enim ē. Perfectorū autē est solidus cib⁹, eorū q̄ pro cōsuetudie exerci-
 tatos habent sensus ad discretionē boni & mali. Porro gentium fides iccirco laudis & me-
 riti maioris est, quia & si illā lactari oportuit, citius tamen solidi cibi, id est sermonis iustitiā
 uidelicet spiritualis doctrinā, perceptibilis extitit, lactatio hāc, qua in Christi aduentu om-
 nis ecclesia, tam ex Iudaeis q̄ ex gentibus ueniens lactata est, similis lactationi illi est; qua lac-
 tata fuit illa generatio filiorū Irahel, quae ascēdit de terra Aegypti. Iccirco cū dixisset, &
 ecce ego lactabo eam, Addidit, Et ducam eam in solitudinem, paucisq; interpositis, Et ca-
 net (inquit) sibi iuxta dies iuuentutis suae, & iuxta dies ascensionis suae de terra Aegypti. Quis
 enim nesciat gentem, siue generationem illam septem spinis in Aegypto habuisse uiam, & p̄-
 inde lactatam fuisse, & ductam in solitudinem per quadraginta annos, & cecinisse ascen-
 dendorū. Nam quia oderant filios Irahel Aegyptiū & affligebāt illudētes eis atq; ad amari-
 tudinē perducebant uitā eorū operibus duris luti & lateris, omnib; famulatu quo in terrae
 operibus premebātur, quae uere erant spinae miseriae, iccirco ingemiscētes uociferati sunt
 ad dñm, qui uere prior fuerat uir fidei patrū ipsorū Abraham, Isaac, & Iacob, cuius nequa-
 quā recordarentur seruientes diis Aegyptiorū, nisi afflictio uehemens extorsisset gemitum
 sensumq; excitasset in negligentia propter abundantiam pisciū, & propter ollas carniū con-
 sopitū. Tunc propter hoc gentē eandē lactauit deus multis miraculis, quibus Pharaonem
 & Aegyptū flagellauit, qd nimirū dulce fuit huic, cū uideret pro se tā mirabiliter pugnari
 de caelo. Quid multa? Transiuit mare rubrū merso Pharaone cū curribus & equitibus suis
 atq; ascendendo cecinit. Cantemus dño, gloriose enim magnificatus est, equū & ascensorem
 proiecit in mare. Ita ducta est in solitudinē, prosequēte lactatiōe dñi, ita ut panē plueret illi
 dñs, & percussa petra, copiosam daret aquā sitiētibus, tā iumentis, q̄ hominibus, atq; illic locutus
 est ad cor eius, circūducendo & docendo eā, imō & tentando eā, quē admodū & Moyses
 quodā loco dixit. Temptat uos dñs deus uester, Lactatiōi illi (ut iam dictū est) simile factū
 rū se pollicetur, dicēdo, propter hoc ecce ego lactabo eā, & ducā eam in solitudinem, &c.
 Quod & fecit in aduentu filij sui per sacramētū passionis & resurrectionis eius dñi nri Iesu
 Christi. Nā oēs quicūq; relictis erroribus pristinis, ad ipsum uiuū & uerū deū cōuersi sunt, qd
 est reuerti ad priorē uirū, propter hoc ip̄m qd taliter reuersi sunt, lactauit idē dñs ecclesiam
 suam, non solum uerbo dulcissime praedicationis, uerum etiam dulcissimis charismatibus
 spiritus sancti, & iucundis miraculis, quae tunc temporis per apostolos & apostolicos uiros
 abundanter et delectabiliter dignatus est operari. Ait ergo, Propter hoc ecce ego lactabo
 eā. Cōtinuo q̄q; addidit, et ducam eā in solitudinē. Scimus enim quā mirabilibus, q̄ operata est
 gratia spiritus sancti, quae sup̄ apostolos uenit, ita delectati sunt credētes, ut solitariā q̄q; uir-
 tam ap-

tam appetere, sicut in Actibus Ap[osto]l[orum] scriptū est. Nec quisquā eorū quæ possidebat ali
 quid suū esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. Addit adhuc: Et loquar ad cor eius. Et
 hoc fecit ipse q[ui] p[ro]mittit, hoc ore suo p[ro]misit & implevit hō factus ipse q[ui] hęc loquit in p[ro]
 phetis. Dixit em̄: Paraclet[us] autē sp[iritu]s sc̄[ilicet] d[omi]n[us], quē mittet p[ater] in no[m]i[n]e meo, ille uos docebit o[mn]ia &
 suggeret uobis o[mn]ia q[ui]cunq[ue] dixerō uobis. Itē: Cū autē uenerit ille sp[iritu]s ueritatis, docebit uos
 o[mn]em ueritatē, & q[ui] uerita sunt, annuntiabit uobis. Qui hęc in articulo passionis suæ dixerat
 postmodū resurgēs, secundum quod promiserat, locutus est ad cor eorū siue docuit eos per
 sp[iritu]m sanctū o[mn]em ueritatē, sicut scriptū est. Tūc aperuit illis sensum ut itelligerēt scripturas.
 Amplius autem die quinquagesimo dando illis ipiritū sanctū, locutus est ad cor eorū, & ex
 tunc in ecclesia non desunt quorū mentibus ueritatē insinuet & noticiā scripturā, ut ueritas
 impleat dicentis, & loquar ad cor eius. ¶ Addit adhuc: Et dabo uinitores eius ex eodē loco.
 Vinitores eius Apli sunt & quicq[ue] apli successores officij, i. p[re]dicatores ueritatis. Ipsa nāq[ue]
 de qua uel in quā hęc dicunt, ecclesia dñi uinea est uel uinea dicit, sicut multis in locis scri
 pturā legimus, ut in Esaia Vineā domini sabaoth domus Israhel est. Item in Dauid, Vi
 neā de Aegypto transtulisti. Recte ergo curatores eius hic uinitores dicunt. Et istos non
 undecunq[ue] sed ex eodē loco (inquit) dabo ei, i. de genere ipsius, de gente ipsa quæcūq[ue] ui
 nea dñi dici uel esse meret. Nam ubicunq[ue] uinea dñi est, ubicūq[ue] p[er] orbem terrarū sancta ec
 clesia diffusa est, in medio eius & inter ipsos q[ui] inhabitant fideles uiuūt uel ambulāt aliqui q[ui]
 p[re]latos ecclesia sibi eligere possit, agente & ordinante ipso q[ui] hic loquit, dicens: Et dabo ei
 uinitores ei[us] ex eodē loco, ut sp[iritu]s sui dona nō desint in omni loco suæ dominatōis. Sic quōdā
 in initio hūiufce plantatōis, quando cōprimebat inter spinas Aegypti, Mosē & Aaron ex
 eodē loco uinitores dedit: sic itidem q[ui] in Babylone captiua transmigravit, Zorobabel, Ie
 sum, Neemiam & Esdram uinitores ex eodē loco dedit: sic in aduentu suo, q[ui] fructū ex ui
 nea requisit, & à malis reiecit, est agricolis: uinitores optimos illi, s. Apl[osto]los ex eodē loco
 dedit: sic ubicūq[ue] p[er] omnes gentes eandē uineā, id est, ecclesiā suā, dilatauit, uinitores illi & p[re]
 tronos inclutos, martyres, cōfessores, & uirgines, ex eisdē locis dedit, & nunc usq[ue] p[re]latos
 necessarios dare nō desinit. Sequit adhuc. **Et uallem Achor ad apertendam spem.** J
 Subaudit, dabo ei. Breuissima cōmemoratōe magnū & amplū ueteris scripturæ locū nobis
 illuminat, qui h[uius]mōdi est. Achor filius Carmi de tribu Iuda, tulit aliqd de anathemate Hier
 cho, de qua dixerat Iosue ad omne Israhel. Vociferamini, tradidit em̄ uobis dñs ciuitatem
 sitq[ue] ciuitas hęc anathema, & o[mn]ia quæ in ea sunt. Propter hoc iratus est dñs, nec potuit Israhel
 stare ante hostes suos, sed terga uertit & fugit, & percussus est à uiris urbis Hai, dicēte dño
 ad Iosue. Nō ero ultra uobiscū donec cōteratis eū q[ui] huius sceleris reus est. Factumq[ue] est &
 forte deprehensum Achor: duxerunt ad uallem Achor, lapidauit eū o[mn]is Israhel. Vocatūq[ue]
 est nomen loci illius, uallis Achor, usq[ue] hodie. Tunc demū dixit dñs ad Iosue: Ne timeas,
 neq[ue] formides & cetera. Hoc taliter secundū historiā factū, promittit se dominus rursus spi
 ritualiter factus. Futuro nanq[ue] t[em]p[or]e dixit, & dabo ei uinitores ex eodē loco ad uallē Achor.
 Ad quid? Ad apertendā spem inquit, id est, ne ipsa de sua spe dubia uel incerta sit. Pulchrū
 ergo illius facti historici pandit mysterium: uidelicet quia sicut tunc postq[ui] interfectus est
 Achor, filij Israhel sumpserunt spem uincendi hostes, nec frustrati sunt. Sic postq[ui] synago
 ga ludæorū cum ciuitate Hierusalē destructa est à Romanis, tēplumq[ue] succensum, & ipsi
 ludæi interempti, & in totū mundum sunt captiuati, Apostolis cæterisq[ue] credentibus apta
 est spes uictorię, qua totū mundū fidei Christi subiugauerūt. Itaq[ue] hic in euangelio, Achar
 de tribu Iuda fuerit Iudas scarioth discipulus Christi, principis confessionis nostrę de tribu
 Iuda, & cū eo pariter cæcus ille malignantiū scribarū & pharisæorū, cū quibus de proditi
 one saluatoris occultū & furtiuū habuit cōsiliū. Reuera nāq[ue] tūc Achar furatus est de ana
 themate urbis Ihericho, q[ui] fur loculoꝝ domini Iudas ille in pretiū sanguinis accepit trigi
 ta argenteos. Neq[ue] enim ciuitas illa secundū malignitatem inhabitantiū tam Hierusalem,
 dicendā est quā Ihericho. Ceciderūt muri ciuitatis illius iā tūc uisibiliter in oculis domini,
 quādo dominū negādo & tradēdo ad crucifigendū omne cœleste presidū a se repulit: tūc
 autē etiā uisibiliter, quādo Romano exercitu circumdata & subuersa est, & sicut sorte depre
 hensus Achar ille suo ore confessus est, & dixit. Vere ego peccaui Domino Deo Israhel,
 & sic

Actu. 2. & 4.

Iohan. 14.

Lucę. 24

Vinitores Ec
 clesie Prelati

Esa. 5.
 Psalm. 79.

Matth. 21

Iosue. 7

Mysteriū ual
 lis Achor.

Expedi-
tem-
plum Hieru-
salem destrus-
tum eē.

& sic & sic feci: & hæc & hæc concupiscēs abstuli. Sic iste Iudas Iscarioth, ore domini tra-
ditor designatus, postmodum confessus est, proiciens triginta argenteos in tēplo, dicensq;
senioribus & principibus sacerdotum. Peccavi tradens sanguinē iustū, lapidatus est Achar
prout cum Iuda traditore illo, totus ille coetus traditionis coemptor, nec remansit lapis sup
lapidem, & hoc totum factum est ad aperiendam spem. Si em̄ templum illud, & ciuitas illa
in sua gloria permanisset, multū Euangelio Christi obstitisset, nimis gentium fidē & spem
impedisset, multos dubitare fecisset. Amplius dicam, quia etiam si omes credidissent & si
dem Christi recepissent, atq; ita factum esset ut non uenirent Romani tollere locum & gen-
tem, nihilominus Euangelicam ueritatem & Christianæ fidei regulam cōturbassent. Hoc
ex paucis illis qui crediderunt, facili argumento comprobatur. Pauci quippe ad fidem fue-
runt conuersi, comparatione totius Iudaicæ multitudinis. Scriptum est autem in Actibus
Apostolorū: Quia quidam ex illis descendentes Antiochiam de Iudæa, docebant fratres
qui crediderant ex gentibus, & dicebant. Quia nisi circūcidamini secundū morem Moysi,
non potestis salui fieri. Factaq; est seditio non minima. Paulo & Barnabæ aduersus illos, et
conuenientibus Apostolis & senioribus uidere de uerbo hoc, cum magna conquisitio fieret,
uix ad tempus sedati sunt per testimonia scripturarū. Quid igitur fieri potuisset, uel quan-
tam turbā seditionos Iudæos putas facturos fuisse, si ad fidē Christi conuersi fuissent? Vtiq;
pertinacius euangelium circūcisioni miscuissent, & de utroq; neutrum aut nihil fecissent:
quia si circumcidamini (inquit Apostolus) CHRISTVS nobis nihil prodest. Pro-
inde laudanda & ueneranda est prouidentia dei, quæ illos excæcauit, sicut in Esaia dicit: Ex-
cæca cor populi huius, & aures aggraua, & oculos claudē, ne forte uideat oculis suis & auri-
bus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertat & sanem eum. Multo em̄ melius est ab
illis non cognosci Christū, & non recipi baptismatis sacramentū, per quod qui conuertūtur
sanantur, accipiēdo remissionem peccatorū, q̄ ita cognosci Christum & baptizari, ut nihil
lominus circūcisio carnis & carnalis Iudaismus exerceat. Hoc namq; pacto & sibi nihil con-
tulissent, & gentibus plurimū nocuissent. Post om̄ia hæc dicit. **Et canet ibi iuxta dies
iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Aegypti.** Canet ibi inquit,
Vbi? In illa lactatione, in illa deductione, in illa cordis allocutione, in illa spei adaptione.
Ibi canet, ibi laudes & gratias referet. Quōd iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensio-
nis suæ de terra Aegypti, id est, sicut cecinit in diebus in quibus iuuenis fuit, in diebus quibus
ascendit de terra Aegypti. Tūc enim ecclesia dei iuuenis fuit, & quasi calorem sanguinis se-
quens iuuenilem, iudicium non habuit maturæ & securæ senectutis, in eo ut spiritualia cor-
poralibus, ecclesia præferret terrenis. Quomodo cecinit in diebus illis? Signatis postibus
suis sanguine agni, & percussis primogenitis Aegypti, rubrum mare transiens, merse Pha-
raone cum curribus & equitibus suis, cecinit carmen hoc: Cantemus domino, gloriose em̄
honorificatus est, &c. Iuxta dies illos, id est, secundū quod in illis diebus præfiguratum est,
ecce nunc ecclesia sancta, signatis frontibus signaculo crucis & sacramento dñicæ passio-
nis, atq; ita exterminato primogenito mortis, id est, peccato originali, transiens mare rubrū,
id est, sacri baptismi sacramentum sanguine Christi rubicundum, sepultis om̄ibus, carmen
gloriosum, cuius illud Mosi canticum fuit præfiguratiuum, sicut in Apocalypsi scriptum
est: Et uidi tanq; mare uitreum, mixtum igne, & eos qui uicerunt bestiam & imaginem illi-
us, & numerū nominis eius, stantes supra mare uitreum, habentes citharas dei, & cantantes
canticum Mosi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia opera tua domi-
ne Deus omnipotens, iustæ & ueræ uia tuæ, Rex seculorum, & cætera. Sequitur. **Et
erit in illo die, ait dominus, uocabit me uir meus, & non uocabit me ultra Baalim,
& auferam nomina Baalim de ore eius, & nō recordabitur ultra nominis eorum.**
Hoc, ut dicitur, ita factum est, & fit. Docente namq; magistro & dño nostro Iesu Christo,
& spiritu sancto, nunc didicit beata ecclesia deum uocare uirum suum, maxime quia bona
& magna ecclesiæ pars, beata uirgo Maria, sic deo altissimo mirabiliter coniuncta est, ut se-
men eius, id est, uerbum eius, unicum filium eius, utero proprio conciperet, deumq; et ho-
minem ad salutē omnium credentium feliciter pareret. Post ipsam omnis anima, quæcūq;
uerbi eiusdem incarnati fidē mente ad iustitiam concipit, & oris confessione ad salutē parit,
uniuer

uniuersa ecclesia, quæ de multis huiusmodi credentibus cõsistit, recte dicit deo, uir meus, quæ uxor dei dici & esse meretur. Et nõ uocabit me (inquit) ultra Baalim, subauditur, ut hæcenus fecit. Deniq; formatis uitulis, & assumpto Baal, cæterisq; deor; portentis, quæ hoc significatur plurali uocabulo Baalim, quoties dixit, isti sunt dij tui Israhel, qui eduxerunt te de terra Aegypti, totiens quod auditu quoq; nefas est, Israhel illi, qui se eduxerat de terra Aegypti, uocauit Baalim. Et auferã (ait) noia Baalim de ore eius, & nõ recordabitur ultra nominis eorũ, uidelicet iuxta illud Apostolicũ. Aut turpitudine, aut stultiloquiũ, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos. Nã potest quidẽ Baali tolerabile habere interpretatiõnẽ, id est, habes me, quod de deo uero fidelis aia recte potest dicere, sed hoc nomẽ Baalim, quod ab Iezabel introductũ est in idolo Sydonior; quod illi Baal dicunt, nimis pollutũ & inquinatũ est, & iccirco nulla nominis eiusdẽ interpretatio, quãuis pulchra, placere debet. Non ergo (inquit) ultra recordabitur nominis eorũ, & ego uicissim nõ recordabor nominis eius siue nominũ, sicut in Psalmo scriptũ est. Nõ congregabo cõuenticula eor; de sanguinibus, nec memor ero nominũ eorũ per labia mea, id est oim eorũ, quæ impie gesserũt, pro qbus raptores, adulteri, & similia, sunt nominati, nõ recordabor, nec pro his puniã eos. **Et percutiam eis fœdus in illa die cũ bestia agri, & cũ uolucres cœli, & cũ reptili terræ, & arcũ, & gladiũ, & bellũ conterã de terra, & dormire eos faciã fiducialiter.** Et percutiã eis inquit. Quibus? Singulãri nãq; nõ uero utebatur, dicendo, uocabit me uir meus, & auferã noia Baalim de ore eius, & nominis eor; nõ recordabitur: nunc autẽ in plurali numero loquitur, dicens, & percutiã eis. Quibus ergo? Nimirũ supradictis uinitoribus ei; id est fœdicatorib; eius. Illis nãq; percussit dñs fœdus cũ bestia agri, & cũ uolucres cœli, et cũ reptili terræ. Quod primũ iuxta literã recte intelligi potest. Habentes nãq; grãm opationis uirtutũ apostoli, & patres sancti, & bestijs, & uolucris, atq; reptilibus, siue serpetibus imperasse leguntur, & obediẽt eis tã prompte, ut miraculo essent populis ad gloriã Christi quasi fœdus pepigissent cũ eis. Deniq; iuxta hũc sensum tã pulchre q̄ ueraciter nunc dicitur, & percutiã eis fœdus cũ brutis animãtib; . Porro, iuxta anagogen, uinitoribus eiusdẽ dñs cũ bestijs, cũ uolucris, & cũ reptilibus fœdus percussit, quia sanctis aplis, cæterisq; ex circũcisione credentibus, gentiles in unitate fidei & gratia euangelij cõsociãuit: quor; prior uita uel cõuersatio merebatur bestijs, uolucris, atq; reptilibus assimilari, iuxta illam apostoli Petri uisionẽ, de qua in Actibus Apostolor; scriptũ est. Et uidit cœlũ apertũ, & descẽdens uas quoddã uelut linthẽã magnã, quatuor in itijs submitti de cœlo in terrã, in quo erant oia quadrupedia, & serpentina terræ, & uolatilia cœli, & facta est uox ad eũ, Surge Petre, occide, & manduca. Per illa nãq; gentes significari ipse intelligẽs, postmodum dixit, Vos scitis quõ abominatũ sit uiro Iudæo cõiungi, aut accedere ad alienigenã, sed mihi ostẽdit deus, neminẽ cõmunẽ aut immundũ dicere hominẽ. Cũ talibus percussit eis fœdus dorminus, uidelicet dicẽdo illi. Quæ deus purificauit, ne tu cõmunia dixeris aut immũda. Sed & quotiens homo secularis, uel potẽs, aut superbus, aut immitis, aut subdolos, mores i melius cõmutando, arctius sancte religionis propositũ assumit, & humilibus, mitibus, atq; simplicibus sese coniungit, percutitur à dño sanctis fœdus cum bestijs, & reptilibus eiusmodi, & impletur prophetia Esaiæ, dicẽtis. Habitat lupus cũ agno, & pardus cũ hœdo accubabit, uitalus & ouis & leo simul morabũtur, & puer paruulus minabit eos. Vitalus & ursus pascentur, simul requiescẽt catuli eor; & leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur in fans ab ubere sup foramine aspidis, & in cauernã reguli, qui ablatatus fuerit, manũ suã mitet. Nã quod idẽ alibi dicit Esaias de diebus nouissimis, id est de aduentu dñi. Et iudicabit gentes, & arguet populos multos, & cõstabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces, nõ leuabit gens cõtra gentẽ gladiũ, nec exercebũtur ultra ad prœliũ. Id ipsum continuo subiungit iste, imò deus in isto, cũ dicit. **Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.** Hoc em̄ totiens fit, quoties hõ bellator, & militiæ seculari dudũ deditus, arma bellica, qbus homies occiduntur, proijcit, & monachico, siue clericali transformatus habitu capit insignia pacis: aut certe factus heremita, qui dudũ gladiũ, lanceãq; uibrabat, uomere terrã scindit, & falce segetẽ, aut herbã secat exiguã, sustentando corpusculo necessariã. Sed & in singulis hominibus spiritali arcũ et gladiũ, et bellum contere dñs, quando post

Ephe. 5.

Psalm. 15.

Fœdus uinitorum cum bestijs.

Acto. 10.

Esa. 11.

Esa. 2.

C pugnam

COMMENT RUPER ABBA LIB I.

- Roma. 7 pugna uitiorū, quia fatigabatur miles legitimus, dicens: condelector legi dei secundū interiore hōiem. Video autē legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meae, tandē libera de corpore mortis huius, & hoc gratia dei p̄ Iesum Christū. Nā & in Psalmo maxime de hac pace scriptū est. Et factus est in pace locus eius, subauditur dei, & habitatio eius in Syon. Cōtinuo p̄ sequitur. Ibi confregit potentias arcū, scutū, & gladiū, & bellū, id est, omnē impugnationē uitiorū. Sequitur adhuc. **L. Et dormire eos faciam fiducialiter.** Subauditur in illa pace. Ibi namq; dormitur fiducialiter, uidelicet illa dormitione, de qua in Canticis loquitur sponsa. Ego dormio & cor meū uigilat. Vigilanti namq; corde, fiducialiter dormit, qn̄ remotis curis secularibus, & repressis uitiorū motibus, solū deū libera per grām dei, animā suauiter cōtemplari delectatur. Vel certe dormire eos fiducialiter, id est somnū mortis excipere faciā confidēter, uidelicet pro bona cōscientia, quali fretus Ap̄tus, dissolui & cū Christo esse cupiebat. His dictis de uinitoribus eius, cōfestim ad eandē uinēā, id est ecclesiā uniuersam facit apostropham, dicitq; ad eam. **L. Et sponsabo te mihi in sempiternū, & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus.** Mira familiaritas, mira gratia. Mulier ista cui hęc loquitur, fornicatrix fuerat, post amatores suos ibat, nisi quod spinis offensa, & maceria, ita ut nō posset inuenire uias suas, tandē dixit. Vadā, & reuertar ad uirū meum priorē, q̄ bene erat mihi tūc magis q̄ nūc. Ecce autē ad desponsationē adducitur, & cōuertit ad illā amator deus, & inter blādicias ineffabiles spōsa fore promittitur, q̄ uirgo, imō uere uirgo. Nā Corinthiis, q̄ utiq; gētes fuerāt, & post mltos amatores, i. post multos deos ierat aia eorū, loquitur Ap̄tus. Amulor em̄ uos dei amulatiōe, despondi em̄ uos uni uiro uirginē castā exhibere Christo. Talis aiaq; amator deus, ut quātumcūq; aia fornicata fuerit, statim ut deo uero p̄ fidē cōiungitur, uirgo fit. Hoc homo facere nō p̄t, neq; em̄ talis est carnis natura siue lex. Secundū carnē uirgo esse nō p̄t, quā semel corrupta est, imō nec legitima uxor, q̄ semel à uiro suo repudiata est. Idcirco p̄ prophetā aliū dicit ad hāc ipsam mulierem, Vulgo dicitur. Si dimiserit uir uxore suā, & recedēs ab eo duxerit uirū alterū, nunqd reuertetur ad eā ultro? Nunqd nō polluta & cōtaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatoribus multis, tñ reuertere ad me dicit dñs, & ego suscipiā te. Cū dicit, & ego suscipiā te, subaudiendū est secundū p̄dicta testimonia, & sponsam & uirginē faciā te. ¶ Nunc igitur diligenter considerandū est familiaritatis & gr̄ae huius trina repetitio, & sponsabo te mihi in sempiternū, & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & in misericordia, & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide. Quid est illud primū qd̄ promittit dicēdo, & spōsabo te mihi in sempiternū? Quid nisi nuptias illas repromittit, quā iucūditate resperfa ois sancta scriptura legēti & intelligēti aia dulcescit? In quodā loco euāgelij sui sponsus iste dicit. Si simile est regnū ccelorū homini, q̄ fecit nuptias filio suo. Nuptiæ istæ iā nobis innotuerūt q̄ les sint, q̄ tūc deus pater & rex filio suo nuptias fecit, qn̄ illū incarnari uoluit. & nuptiarū istarū thalamus fuit uterus uirginis. In illo namq; utero natura mulieris huius, natura n̄ra, natura humana, cōiuncta est naturae dei: & exinde q̄ deus erat, processit Ch̄s, deus & hō, sponsam habēs, & ideo sponsus, sicut scriptū est in Psalmo, & ipse tanq̄ sponsus procedēs de thalamo suo. Ista sponsalia aeterna sunt. Cū ergo dixisset, & spōsabo te mihi, addidit, in sempiternū, i. naturā tuā carnis semel suscipiēs, ultra nō dimittā, nec euanesceat, ut quidā hāretici putāt, sed & uerbū & caro. i. & deus & hō ero in sempiternū. Quid porro est illud secundū qd̄ promittit, dicēs: & sponsabo te mihi in iudicio, & iustitia, & misericordia, & miserationibus? Quid nisi iudiciū illud promittit, qd̄ hō factus ipse deus fecit cōtra principē mūdi, moriendo propter delicta n̄ra, ut illū eijceret foras? Illa namq; hora in stāte dixit. Nūc iudiciū est mūdi, nūc princeps mundi eijcietur foras. Perinde iustitia n̄ra resurrectione eius est. Quia crucifixus est (inqt Ap̄tus) propter delicta n̄ra, & resurrexit propter iustificationē nostrā. Misericordia eius est remissio peccatorū, qd̄ est primū sancti spūs datū, de q̄ ipsa die, qua resurrexit, cū in sufflaret stans in medio discipulorū suorū dixit eis. Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata, remittūtur eis. Miserationes eius, diuisiones gratiarū sunt, qd̄ est secundū eiusdē spūs sancti datū: de quo scriptū est, quia die penthecostes apparuerūt apostolis diuinitatē linguarū, tanq̄ ignis, sediq; supra singulos eorū. In his igitur sponsabo te mihi (inquit)

in iudic

In iudicio, & iustitia, & misericordia, & miserationibus, id est fundā sanguinē meū & moriar pro te. Vnde iudicatus princeps mūdi eijciatur foras, & resurgā propter iustificationē tuā, & miserebor tui, dando spiritū sanctū in remissionē peccatorū, & miserebor te, dando & distribuēdo tibi diuisiones grāz, id est grām sanitatū, operationē uirtutū, genera linguarū, &c. Quid deinde est illud tertiu, qđ promittit dicēdo, & spōsabo te mihi in fide? Quid nisi illud qđ ad Romanos scribēs, uehementissime cōcertat Apłus, iustificari hoīem ex fide, nō ex opibus: Quid (inquit) dicemus inuenisse Abrahā patrē nostrū secundū carnē? Si enim Abrahā ex opibus iustificatus est, habet gloriā, sed nō apud deū. Quid em̄ scriptura dicit? Creditit Abrahā deo, & reputatū est illi ad iustitiā. Eī autē q̄ operat, merces nō imputat secundū grām, sed secundū debitū. Eī uero q̄ nō operat, crediti autē in eū q̄ iustificat impiū, reputatur fides ad iustitiā: sicut & David dicit, beatitudinē hoīs, cui deus accepto fert iustitiā sine operibus. Beati quoq; remissā sunt iniquitates, & quōq; tecta sunt peccāta, &c. usq; ad id qđ ait, iustificati igitur ex fide: pacē habemus ad deū p̄ dñm nostrū Iesum Christū. Igitur cū dicit, & spōsabo te mihi in fide, subaudiendū est, & nō in opibus: q̄ uidelicet ex operibus legis nō iustificatur oīs caro corā illo, iustitia autē dei p̄ fidē Iesu Christi sup omnes q̄ credunt. Sane cū hęc dicimus aut legimus, nō opa decē pręceptorū quę in tabulis lapideis digito dei cōscripta sunt, repudiamus, sed opera carimoniarū carnaliū, in qbus Iudeus gloriatur, cū oderit eas deus, sicut in Esaia loquitur. Neomeniā & sabbatū, & festiuitates alias nō ferā: Calendas uestras & solēnitates uestras odiuit aīa mea. Tandē hac felici dispensatione promissa, & quasi triplici funiculo trinę repetitionis insolubiliter cōfirmata, sumā sponsaliū totiusq; dotis breuiter appendit, dicēdo. **Et scies, quia ego dominus.** Quid em̄? Nunqđ parū est scire, q̄ iste sit dñs? Nēpe sapiētes illi magistri & legisperiti illi scribę & pharisęi, q̄ tulerāt, uel tulisse uidebātur sibi clauim sciētīę, nescierūt. Cū em̄ tentassent hunc dñm, ut quasi sapiētes in sermōne caperēt eū, uelut insciū, memor scripture dicentis. Responde stulto secundū stultitiā suā, ne sibi sapiens uideatur: talionem illis reddidit proponendo quęstionem huiusmodi. Quid uobis uidetur de Christo cuius filius est? Dicentibus illis David, qđo (inquit) David in spū uocat eū dñm, dicens: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Si ergo David uocat eū dñm, qđo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbū. Nescierūt, imò scire noluerunt de filio David, qđo uel unde sit filius David, tu autē scies inquit, scies in quā, q̄ ego dñs, nō solū David, cuius secundū carnē filius sum: uerū etiā & angelorū & hoīm & cœli & terrę & maris & oīm quę in eis sunt, quōq; utiq; creator, & iccirco dñs sum. ¶ Ne quis parū hoc existimet, nimirū hęc sententiā uita æternā est. Dixit em̄ ipse quodā loco ad patrem. Hęc est autē uita æterna, ut cognoscant te solū deū uerū, & quē misisti Iesum Christū. Sciētia hęc non ex magisterio hominis, sed ex reuelatione procedit dei patris & in hac reuelatione uera beatitudo est. Vnde ad Petrū, cū ille incepisset scire q̄ iste dñs sit, taliter locutus est. Beatus es Symon Bar Iona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Sequitur. **Et erit in die illa, exaudiam dicit dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & uinum, & oleum, & hec exaudient Ierusalem.** Si solum spectes in istis quoq; dictis literam, ualde exile est, neq; maiestati eius, qui hęc loquitur, domini dei condignum apparet qđ sonuit litera hęc. Etenim metonomica quidem transfiguratione litera decorata est, dū cœli & terra & triticum & uinū & oleum exaudiri uel exaudire dicuntur: sed hic in superficie nihil aliud repromitti sentitur, nisi qđ temporale est, quo anima nō reficitur, sed solus ueter, qui destruedus est, impletur. Ut ergo dignū deo in ista quoq; litera sensum cōsequamur, leuemus ad illū mentis oculos, cui dicit Psalmista. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. ¶ Primum est, ut istas exauditiones enumeremus. Dominus exaudit cœlos, et cœli exaudiūt terrā et terra exaudit triticū, et uinū, et oleū, et hęc exaudiūt Ierusalem. Nimirū quatuor exauditiones sunt et occulta gradatio, sed eā apłus planiorē atq; clariorē facit, dū ad Romanos scribens, pręmissis, omnis quicūq; inuocauerit nomen dñi, saluus erit, cōtinuo subiungit. Quō ergo inuocabunt in quem non crediderūt? Aut quō credent ei, quē non audierunt? Quō modo autē audient sine prędicante? Quō uero prędicabūt nisi mittant? Gradatio nāq; uerbis

1. Cor. 12

Roma. 4

Gene. 15

Psal. 37.

Roma. 3

Esa. 1.

Luc. 11.

Mat. 22.

Psal. 109.

Ioh. 17.

Mat. 16.

Psal. 118.

Exauditiones quatuor.

Roma. 10



7
COMMENTA RYPER ABBA LIB. I.

diuersa, sed sensibus eadē est, nisi qđ hic descēdēdo, Apłus autē quasi ascēdēdo gradus eos, dē disponit: Deniq; cœli, quos hic dñs sese exaudire promittit, ipsi sunt pđicadores, de quib; bus in quarto grad; dicit Apłus, quō pđicabunt, nisi mittantur: Si testimoniū quærīs, notū & promptū est illud Psalmistæ: Cœli enarrant gloriā dei, id est, apostoli cæteriq; pđicadores annūciant euangeliū Christi filij dei. Itaq; cū dicit hic dñs, exaudiā cœlos, sic intelligendū est, spū sancto implebo apłos, ut uidelicet authoritatem habeāt pđicādi, tanq; a deo missi. Quō em̄ pđicabūt, nisi mittantur: Itē cū dicit, Et illi exaudiet terrā, sic intelligēdū est, & illis pđicātib; audient inhabitātes terrā, iuxta illud, In oēm terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Quō em̄ audient sine pđicante: Cœli ergo audient terrā, i. apłostoli p̄ nimīā charitatē nō sustinebūt quin descēdāt ad erudiendā terrenorū hoim̄ ignorantiā. Itē, cū dicit: & terra exaudiet triticū, & uinū, & oleū, sic intelligendū est, & terreni hoies credēdo suscipiēt bonū dei uerbū, quē admodū terra hęc inaiata suscipit semē, siue plantaria paritura triticū, & uinū, & oleū. Sic nimīq; & nō aliter, nō nisi audiēdo credere poterūt. Quō em̄ credēt ei, quē nō audierūt: Itē qđ dicit, & hęc exaudiet Iesrahel, sic intelligendū est, & eorū credulitas inuocabit semē dei, i. Christū, quē nisi credūt inuocare nō poterunt. Quō em̄ inuocabūt, in quē nō crediderūt: Totū ergo qđ habemus, qđ dñm Iesum Chřm scire & inuocare meruimus, misericordie dei grā ascribēdū est: qđ uidelicet nō prior dñs exaudisset cœlos, neq; cœli exaudirēt terrā, neq; terra exaudiret triticū, & uinū, & oleū, neq; hęc exaudirēt Iesrahel, nisi deus uel spūs sanctus pđicadores misisset, neq; illi pđicārēt: ac p hoc hoies, neq; audirēt, neq; crederēt, neq; Christū inuocarēt. ¶ Proprietates istarū exauditionū adhuc breuiter pcurere libet. Exaudiuit dñs cœlos, qñ desiderātes ip̄m, uisitauit apłostolos, primo & secūdo post resurrectionē suā. Primo, ipsa die q̄ resurrexit, qñ de ipso loquētibus (sicut Lucas narrat) & dicētib; qđ surrexit dñs uere & apparuit Symoni, stetit in medio eorū, & dixit eis, Pax uobis: & sicut Iohannes refert, insufflauit & dixit: Accipite spm̄ sanctū, qđ remiseritis p̄cā, remittūtur eis. Hoc em̄ est primū qđ dedit illis spūs sanctū datū in remissionē peccatorū. Secūdo, qñ cū essent oēs pseuerātes unanimes in oratione cū mulieribus, & Mariā matre Iesu, & fratrib; eius, misit eis spm̄ sanctū in diuisione gratiarū, quas linguæ dispertitæ significabāt, q̄ apparuerūt. Hoc em̄ est alter spūs sancti datū, quo illis dedit uel distribuit diuersorū dona charismatū. Propter istas duas uisitaciones, quibus illis spūs sanctus datus est, pulchre nō cōtentus est semel dixisse, exaudiā: sed repetiuit, & eodē bis usus est uerbo. Et erit (inquiens) in die illa, exaudiā dicit dñs, & exaudiā cœlos. ¶ Exaudierūt cœli terrā, qñ apłostoli uocib; sanctæ scripturæ, q̄ pro terra, siue pro gētibus agūr, obediuerunt. Exēpli gratia. Cū dixissent, uobis quidē oportebat primū loqui uerbū dei, sed qm̄ repulistis illud, & indignos uos iudicastis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gentes, statim addiderūt. Sic em̄ pcepit nobis dñs. Posui te in lucē gentibus, ut sis in salutē usq; ad extremū terræ. Itē. Cū ptransissent Myriā, descēderūt Troadē, & uisio p noctē Paulo ostēsa est. Vir Macedo quidā erat stans & deprecās eū dicēs, Transiens in Macedoniam adiuua nos. Hoc uisio certi facti sunt, qđ uocasset eos deus & euāgelizare eis. ¶ Exaudiuit terra triticū & uinū & oleū, quādo gentilitas obediuit euangelio Christi, ut uiueret secūdū eius imperiū, ut conformaret se secūdū dei uerbū quod est bonū & spūale triticū, & secūdū spiritus sancti beneplacitū, cuius iā dicta duo data recte intelligūtur per uinū & oleū. ¶ Hęc autē exaudierunt & exaudire nō desinunt Iesrahel, dū saturant ora mutorū & saturando aperiant, & linguas infantū disertas faciunt, & aures referāt ad audiēdū & obediēdū: iuxta illud quod de hoc eodē tritico & uino & oleo saturandos prospiciens spūs pđixit in psalmo Edent pauperes & saturabuntur, & laudabūt dñm, Laudabunt quippe, non aliud est q̄ in uocabunt: quod hic significatur per exauditionis uerbum. Sequitur. **L** Et seminabo eam mihi in terram, & miserabor eius quę fuit absq; misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet, deus meus es tu. I Seminabo eam mihi in terram, subauditur uniuersam, id est disseminādo uerbū p̄dicationis, ecclesiam catholicam in toto orbe terrarū diffundam, ut non sit tantum in una Iudaica gente, sed in omni gente & natione, iuxta quod in psalmo testatur filius, dictum sibi esse à patre. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę. Et miserabor (inquit) eius.

eius. Cuius eius: Quæ fuit absq; misericordia. Hæc omnia faciendo quæ huc usq; pollicitus sum, lactando & ducendo eam in solitudine, loquendo ad cor eius & cætera peragendo, miserebor eius, & hæc est misericordia quam faciã illi, quæ fuit absq; misericordia. Iam supra hoc diximus, cuncta hæc q; hoc proluxæ promissionis capitulo sub relativiis pronomi- nibus cõtineantur, ab eo qd ait. Ecce ego lactabo eam: ista clausula cõpleri, q; fuit absq; mise- ricordia, atq; hic tandẽ designari, ad quã fiant promissiones huiusmodi, mira nõ solũ uerita- te, uerumetia elocutionis arte, ut nõ usquequaq; irascatur cõtra scripturã, quã seruari oportebat, illa, contra quã superius dictũ est: Voca nomen eius absq; misericordia. Putat nanq; ipsa, q; uocatur absq; misericordia, sibimet bona hæc promitti, & semetipsam esse de qua nunc dicitur, & miserebor eius q; fuit absq; misericordia. Verũ longe aliud est uocari uel esse absq; misericordia, atq; aliud fuisse absq; misericordia. Nã absq; misericordia uocat, & est domus carnalis Israhel, cui nõ addã (inquit) ultra misereri. Absq; misericordia uero fuit gentilitas, cuius nũc miseretur deus. Hoc manifestius liquet ex eo qd protinus addidit. Et dicã non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicit, deus meus es tu. Iste nãq; populus gentilis est, cui Paulus apłus dicit. Qui eratis illo in tẽpore sine Christo, alienati à cõuersa- tione Israhel & hospites testamẽtorũ promissionis, spem nõ habẽtes, & sine deo in hoc mũ- do. Nũc autẽ in Chro Iesu uos q; aliquãdo eratis longe facti estis prope in sanguine Christi.

Ephe. 2.

FINIS LIBRI PRIMI.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN OSEE PROPHTAM
COMMENTARIORVM LIBER II.



Vteriori loco, ubi dictum est, Et dixit dominus ad Osee: Vade sume tibi uxorem fornicariam, & fac filios fornicationum, meminimus: & nunc quoq; meminisse debemus, uersiculi longe inferius in hoc propheta scripti, cũ do- minus dicit: Et locutus sum prophetis, & ego uisionem multiplicauit: & in manu prophetarum assimilatus sum. Diximus dominum in manu prophe- tæ huius assimilatum, in eo uidelicet, q; semel & iterum, ac tertio accessit ad mulierem for- nicariam, & fecit filios fornicationum. Huic nanq; illud simile est, quod tertio dominus ac- cessit ad gentem Hebraicam. Primo, quando pepigit cœdus siue confirmauit testamẽtum cum Abraham. Secundo, quando legem dedit in monte Syna, post annos quadringen- tos & triginta. Tertio, quando propheticũ sermonem conscribendũ misit, qualem primus & scripsit, et cecinit Dauid. At uero à domo eiusdem Dauid scissæ sunt decem tribus post mortem Salomonis, et domũ eius secuta est sola tribus Iuda, et quæ contigua illi erat tribus Benjamin, sicq; de una domo Iacob duæ factæ sunt domus: altera domus Israhel, et altera domus Iuda: de quibus in isto cũ dixisset: Voca nomen eius absq; misericordia, continuo subiunxit: Quia nõ addam ultra misereri domui Israhel: sed obliuione obliuiscar eorum et domui Iuda miserebor. Istæ (ut alio iam loco diximus) duæ sunt mulieres, quarũ altera apud Ezechielẽ dicitur Oolla, altera Ooliba. Videamus igitur sequentia. Et dixit dominus ad me. L Adhuc yade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit dominus filios Israhel, & ipsi respectant ad deos alienos, & diligunt uinatia uua- rum. Mulier ista ipsa est Ooliba, id est Hierusalem siue domus Iuda. Et quare hæc dicitur dilecta amico? Videlicet pro eo quod superius dixit, et domui Iuda miserebor. Ad dis- tinctionem domus Israhel, de qua dixit, quia non addam ultra misereri domui Isra- hel, sed obliuione obliuiscar eorum, ista dicitur dilecta amico. In quo misertus est domui Iuda: In eo nimirum quod cum domum Israhel transtulisset Salmanassar rex Assyriorũ, do- mum autem Iuda captiuasset rex Babylonis, domum quidem Iuda dominus soluit de car-

Osee. 12.

Gen. 15. 17.
Exo. 20.

Ezech. 23.
CAP. III.